vel quia exponit se periculo et nō liberat animā suam a peccato et a morte ad quā quottidie ducit᷑. vt in. c. nō inferēda. xxiij. q. iij. et. c. tanta nequitia. lxxxvj. di. Nunc restat ad ↄtraria r̄ndere. et ad p̄dicta cōtraria respondet᷑ sic. Ad primū argumentū in quo dicitur ꝙ precepta affirmatiua nō obligant ad semper; sed ad aliquod tēpus determinatū: puta cum locus et tēpus adest qđ dicunt ꝙ est indeterminatum. s. quando locus vel tempus aderit; et ꝙ ecclesia determinauit id tēpus in determinando ꝙ cōfessio debeat fieri semel in año. per. c. Omnis vtriusqȝ sexus. et ideo dicunt ꝙ non est transgressor quis siue omittat siue differat confiteri vsqȝ ad annum. Respondeo et dico ꝙ id tempus est determinatum: quia est tempus primo oblatum ↄontrito quantū ad euitandum periculum; et ad securitatez anime; vt dictuȝ fuit. et dico ꝙ ecclesia nō determinauit id tēpus per id. c. omnis. sed solū apposuit penas cōtra negligētes scđm Inno. et Jo. anđ. in. d. c. omnis. vel solū ꝓpter percipiendā cōmutationē in pascha. illud statutum fuit scđm sanctū tho. predicta dist. qui dicit ibi ꝙ per illam decretalem ecclesia non indulget dilationē: sed prohibet negligentiam in maiori dilatione; et dicit ꝙ non est ex indulgentia ecclesie ꝙ aliquis nō teneatur ad statim confitendū; sed ex natura p̄cepti affirmatiui; et ꝙ ecclesia per illam decretalem nō determinauit tēpus; nec dedit licentiā alicui permanēdi in peccato; nec differendi cōfessionē vsqȝ ad illud tempus quadragesime ꝙ vltra ea que supradicta sunt. quia hic est maior vis hui⁹ puncti. adhuc probo istis rōnibus. Primo quia ecclesia q̄ statuit. c. oīs. statuit etiaȝ ꝙ peccās cōpellatur statim ad penitentiā. vt in. c. p̄dicandū. xxij. q. j. et in. c. ad audientiā. de spon. et sine dubio statim ante illud tēpus quilibet tenetur. et potest cōpelli ad penitentiā in peccatis manifestis: s̄m doctores in p̄dictis iuribus. et no. glo. in sūma. j. dist. v. et ita intelligit ibi glo. c. ille tex. j. di. iij. sȝ si illud. c. licentiā differēdi daret in manifestis daret: q₂ nedū in occultis; sed etiā in manifestis habet locum illa decretalis. s̄m Jo. an. ibi sup parte. sol⁹. et ꝓbat᷑ per tex. ibi. cū ibi dicat tex. oīa pctā. sed hoc non pōt esse per id qđ dictū est; ergo nō dat in aliquib⁹ licētiā differēdi. ¶ Secūdo; q₂ moriēs ante quadragesimā etiā cōtritus; et cū quocūqȝ ꝓposito si nō agit pniam vt ecclīa mādat: iudicat᷑ decedere in pctō mortali: vt est tex. cū glo. in. c. nec apđ altare. lxxxviij. di. ergo illa decre. nō dat licentiā differendi ↄfessionē. ¶ Tertio; q₂ ordinata ad vnū finē nō opant᷑ aliū; vt in. ca. cū dilect⁹. de ordi. cogni. in fine. sȝ illđ. c. oīs. fuit statutū ꝓpter negligētes vel propter percipiendā cōmunionē in pascha vt est dictū: ergo nō operatur designationē tēporis vel licentiam defferendi confessionē.

¶ Quarto probatur per ipsum decretalē omnis. et per id qđ ibi no. Jo. an. in verbo saltim semel. vbi dicit Jo. an. ꝙ hec sonant illa verba acsi dicat; quia sepius homo cadit; esset sepius confitendū. vt in. c. sepnes. j. dist. iij. et. c. sequētibus. sed adminus semel hoc faciat; ergo clare patet ꝙ non dat licentiam differendi confessionem.

¶ Quinto probat sic. decre. omnis. nõ loquitur in habẽtib⁹ peccata mortalia: et in hoc nihil disposuit: sed solum habet locum in his qui tantũ venialia peccata habent. fm Inno. et Jo. an. in dicto. c. omnis. in parte semel. Et q ita debet intelligi necessario probat. nam alias preciperet impossibile et inutile: quia nihil valet confessio de mortali sine contritione: et non est in potestate alicuius habere contritionẽ. item dum nõ potest deserere peccatũ: inutilis est penitentia. vt in. c. falsibus. j. di. iij. et totũ hoc f. contritio et desertio peccati habet venire ex gratia dei: que gratia nõ est in potestate alicuius: ergo necesse est q ita intelligatur. f. de habentibus tantum venialia. Nisi dicamus q propter hoc precipitur cõfessio: quia tẽpore confessionis conteruntur homines et non ante vt plurimum. Et ita quottidie accidit. et propter hec est magis necessariũ q confessio fiat frequenter. Et per ista est responsum ad illud argumentũ: et ad alia similia argumenta. Nam fateor q differens confessionẽ: nõ est transgressor quo ad peccatum et quo ad incurrendũ penas illius. c. sed propter hoc non sequitur q sit securus: ita q si interim moriatur: saluetur.

¶ Ad secundũ argumentũ in quo dicit. q si statim tenetur quis confiteri ex precepto quando habet copiam sacerdotis: si non cõfitetur statim: peccat mortaliter: et eadem ratione in alio tẽpore: et sic deinceps: et sic multa peccata mortalia incurreret pro vna dilatione: qđ est inconueniens. Dico q argumentũ nõ procedit: quia omnia illa tempora ponunt pro vno tempore: et ideo nõ esset nisi vnũ peccatũ. fm bonauen. et fm qđ notat glo. j. di stin. v. in sũma. Et dico vt dictũ est: q iste nõ peccat mortaliter vt transgressor. c. omnis. sed peccat quia contẽnit vel negligit sacramentũ: vel quia exponit se periculo moriendi in peccato.

¶ Ad tertium argumentum in quo dicitur q in. c. omnis. datur mandatum de cõmunicãdo: sub eadem pena: et q sicut nõ peccat obmittendo cõmunicare vsq ad pascha. eadem ratione nõ peccat obmittendo cõfiteri. Dico q nõ valet argumentũ: q2 magis est de necessitate salutis cõfiteri q cõmunicare. et dico q verũ est q nõ peccat obmittẽdo cõfiteri pctõ trãsgressionis illi⁹. c. s3 pctõ: q2 negligit sacrm et q2 exponit se piculo vt dictũ est.

¶ Ad quartũ argumentũ in quo dicitur: quia sicut licitum est peccatori querere sacerdotẽ discretum et expectare. pari ratione licitũ est querere et expectare tẽpus idoneum ad penitendum et satisfaciendũ: et quod istõ tempus idoneum ad penitendũ et satisfaciendũ. et q istud tẽpus idoneũ est tempus quadragesime. per. c. ecce nunc tempus acceptabile. et ideo cõcludit ex hoc q sine peccato possit quis expectare quadragesimam. Dico q expectare tempus idoneum. f. quousq habeat sacerdotem discretum et habentem claues: licitum est et etiam necessarium: sed habito tali sacerdote: non debet quis quadragesimã vel aliud tempus expectare: per illõ: in quacunq hora peccator conuersus fuerit: quia nõ est certus q ad quadragesimã accedet. immo in dubijs debet timere et presumere q non ac-

cedet.et licet de quadragesima dicatur ꝙ est tempus acceptabile: nõ propter hoc negatur quin aliud tẽpus ante quadragesimã sit etiam acceptabile.s. quandocũqꝫ hõ cõteritur ⁊ habet copiã sacerdotis.⁊ licet sine pctõ transgressionis illius.c.posset expectare quadragesimã nõ tñ potest expectare sine periculo anime vt est dictũ ⁊ probatuꝫ per supradicta. ¶ Ad responsiones factas per predictos tenentes cõtrarium ad argumẽta predicta doctorũ facta pro parte mea qui respõsiones cõmuniter cõcludũt ꝙ per contritioneꝫ cum illo proposito quadragesimali quilibet delet peccatum ⁊ liberatur a morbo ⁊ resurgit ⁊ euitat discrimẽ in tantũ ꝙ si interim ante illud tempus quadragesime subitanee moreretur saluaretur. Dico ꝙ salua reuerentia contrarium est dicendũ vt patet ex supradictis; scilicet ꝙ per solam contritionem vbi quis statim cum conteritur potest ore confiteri et non confitetur; nõ liberet̃ nec resurgit a peccato; nec euitat discrimen; quia non datur sibi remissio peccatorũ; nec dicit̃ habere contritionẽ: tum quia contẽnit sacramentũ presens; tũ quia nõ habet votũ confessionis verũ et plenũ et efficax qḋ est necessariũ; quia ex quo ꝯtẽnit sacr̃m presens nõ iustificat̃.ſm bõauẽ.et ideo nõ saluaret̃ nec iret securus si interim moreretur; qḋ vltra ea que dicta sunt probat̃ etiam per.c.qui egerit.et per c.baptizatus.j.di.vij.a cõtrario sensu.et per id qḋ dicunt Inno.et Jo.an. in p̃dicto.c.omnis.vbi dicunt ꝙ contritio sine confessiõe nõ prodest si peccator habet tempus et copiã confitendi. argumento de leprosis et de lazaro.et argumẽto.c.in quacũqꝫ hora.i.ea.di.ſm eos. Et probat̃ etiã quia regula est ꝙ homicidiũ casuale imputatur alicui quando culpa precessit casum.vt notat Dñicus in.c.eos.l.di. Cum ergo iste fuerit in culpa: non confitendo ore cum posset; imputari debet ei homicidiũ anime sue; quod secutum est casualiter ex quo moritur in peccato mortali; et sic non saluat̃. ¶ Et ad aliud qḋ respondetur ad illam auctoritatem. Accelera non tardes conuerti.et ad alias similes auctoritates cõtrarias; dicẽdo ꝙ loquũtur de confessione cordis interiori. Dico ꝙ ille intellectus habet locũ quando non habetur copia sacerdotis. Sed quando habetur sacerdos et potest fieri confessio sine ipsa non est salus.vt notat archid. in.c.porro. in.§. alij econtra.supra ea.di.et in.§.ecõtra.i.ea.di. vt supra dictum fuit.vel potest dici ꝙ ille intellectus haberet locum in illo tẽpore quãdo non erat facta institutio confessionis.vt dicit glo.in.§. petrus.supra ea. di. sed hodie ex quo institutio confessionis facta est; illud nõ habet locum. Vel ille intellectus procedit in peccatis sola volũtate ꝯmissis; que nõ tenet̃ quis cõfiteri ex precepto.vt in.c.j.de regu.iuris; ſm Laurentiũ et archi.in.c.predicandũ.allegato.xxij.q.j.et notat Huguicius.et glo.in.c.si quẽ.de peniten.di.j.et in.c.ij.j.q.i.vbi dicit glo.ꝙ peccata que sola volũtate cõmittuntur; sola volũtate delent̃.vt sup̃dicto.c.j.de reg.jur. Vel illud habet locum in habentibus tantũ venialia minora.vel id debet intelligi; ꝙ sufficit confiteri deo corde; intelligendo semper mediante sacerdote vel per sacerdotẽ

mediū Uel id habet locum in pctis iam confessis sacerdoti: nam illa suffi-cit cōfiteri deo corde. vt ponit archi. istos tres intellectus in. c. vlti. i. ca. di. ¶ Destructis ergo predictis contrarijs manet probatuz clare: q̄ c. Om-nis vtriusqꝫ sexus non dat alicui licentiā differendi confessionem. Sed est fa-ctum pro habentibus tantum venialia. vel propter cōmunionē in pascha vel negligētes punit. Et q̄ ille qui potest confiteri ꝛ differt confessionem cum illo proposito q̄ in quadragesima cōfitebitur. Si ante illud tempus subitanee moritur nō saluatur cum statim ex quo oportunitatem habeat debet confiteri si vult esse securus. ¶ Nam etiā scd̄m supradictos partē cō-trariā tenētes quādo aliquis timet periculū vt qꝛ debet intrare et bellum vel mare vel quia grauiter infirmatur ꝛ cito qn̄ offert se oportunitas con-fitendi ꝛ nō expectatur post maior oportunitas nec quantū ad tēpus nec quātum ad sacerdotē; tunc tenetur quis statim cōfiteri. ¶ Ex hoc ergo se-quitur q̄d semper in omni casu debet quis statim confiteri. nam quotidie tota etate nostra inter inuisibiles hostes ꝛ pericula in hoc mundo gradi-endum est: et ideo post baptismum confirmamur ad pugnam et ad ago-nes ꝛ prelia mundi huius. vt in. c. ij. i. de cōsecra. di. v. ꝛ sic cum diabolo cō-tinuum preliū habemꝰ ex quo prelio habemꝰ timere cotidie; necdū mortē spiritualē sed etiā corporalē si in peccato sumꝰ. vt in. c. epi. ꝛ. c. audi. xj. q. iij. ꝛ notat glo. in. c. qua fronte de appella. ꝛ in qualibet hora habemus time-re mortem. nam vt dicit Seneca Nihil sibi quisquaz de futuro debet pro-mittere. Id quoqꝫ q̄d tenet̄ per manꝰ extra fit ꝛ ipsam q̄ premiꝰ horam ca-sus incidit. Et ideo dicebat ad Lucilluz. Propera viuere et singulos dies singulas vitas puta. nam qui hoc modo se aptauit cui vita sua cotidie fu-it tota securus est. vt idē dicit li. ix. episto. centesima. ꝛ vt ipse dicit episto. xxx. Tunc trepidamꝰ cū prope mortē esse credimꝰ. qn̄ eniz prope nō est pa-rata oībus locis oībusqꝫ momētis. Ideo non mortē timemus: sed cogita-tionē mortis. ab ipsa eni semꝑ tantū dē absumus itaqꝫ si timēda est mors semꝑ timēda est. q̄d enim tēpus morti exceptū est: stat q̄dem terminus no-bis vbi illū inexorabilis factoꝝ necessitas fixit. Sꝫ nemo scit nostrū q̄ ꝓ-pe versē terminꝰ. sic itaqꝫ formemꝰ animū tanq̄ ad extremū ventū sit ni-hil differamꝰ quotidie cū vita paria faciamꝰ: ergo si qn̄cunqꝫ mors timet̄ statim confitendū est: cū semꝑ timeatur mors: semꝑ statim cōfitendū est. maxie qꝛ tp̄e sanitatis dꝫ quilibet cōfiteri: ꝛ nō dꝫ expectare tēpus mortis vel infirmitatis: qꝛ tūc nō exiret securꝰ. vt dicit Augꝰ. in. c. nullꝰ expectet. j. di. vij. ꝛ s̄m q̄d dicit Boet. li. iiij. metro. iiij. Si mortē petitis ꝓpinquat ipsa: nec volucres remorat̄ equos. et Seneca p̄ma tragedia. nemo tam di-ues habuit fauētes q̄ crastinū sibi possit polliceri. Et qn̄ q̄s hꝫ bonā opor-tunitatē ꝯfitēdi debet intelligere q̄ postea nō habebit maiorē oportunita-tē. nā regula est q̄ in his in q̄bus aīe periculū vertit̄ dubia: in deteriorem partē debemꝰ p̄sumere. vt notat glo. in. c. vnico. de scru. Et forte oportuni-tatē aliā nunq̄ ampliꝰ habebit: s̄m id q̄d dicit Ouidiꝰ in li. de fastis. Om-

Sunt hoīm tenui pendentia filo: et subito casu q̄ valuere ruunt. Ideo habita bona oportunitate: nō dȝ q̄s amplius expectare: ſȝ dȝ ad ꝯfessionē q̄ȝ citius poterit festinare. Ex p̄dictis ergo elicio duas p̄mas questiones.

Prima conclusio.

¶ Decretalis omnis vtriusq; sexus negligentes punit et nulli licentiam differendi confessionem concedit.

Secunda conclusio.

¶ Contritus nō valens confiteri: moriens saluatur: ꝙ valenti et differenti etiam cum quadragesimali tantuȝ proposito in mortali morienti negat̄.
¶ Et quamquā vltima pars huius secūde conclusionis tutior ⁊ securior anime videat̄: nimis tamē rigida est ⁊ sc̄dm q̄d dn̄s ac dn̄s me⁹ dōnus frater didacus de deça sacre theologie excellentissim⁹ et maximus professor dignissimus presul Salamantinus magister altissimi ⁊ serenissimi principis dōni Joannis primogeniti ⁊ vniuersalis successoris omniuȝ regnorum illustrissimorum ⁊ serenissimorū regum Ferdinandi ⁊ elisabeth christianissimorum ⁊ inuictissimorū confessor ⁊ presidens consiliari⁹ eiusdem principis viua voce asseruit dictā secundā partē secunde conclusionis esse cōtra cōmunē doctrinam theologorum: tu tamē tene ꝙ etiā ego teneo ꝙ approbat ⁊ tenet sacrasancta mater ecclesia cōcordis ⁊ cōis opinio omnium theologorū. ⁊ ita assero corrigo ⁊ emendo hāc sc̄dam partē conclusionis prout omnes theologi et sancti doctores tenent credunt ⁊ obseruant. Xv. q̄stio.
¶ Circa octauū quesitum. hic intrat quintadecima questio in ordine tabule. s. qui sunt effectus confessionis: circa q̄d aduertendum est ad effect⁹ eius confessionis quia sunt magni fructus. ¶ Et dico: ꝙ primus effectus cōfessionis est: ꝙ quis cōfitēdo pluribus sacerdotibus de cōgruo se disponit vt deus inclinet cor illius ad verā penitentiam vt sic gratiā obtineat remissionis: ⁊ ita potest exponi capitulū quē penitet. j. eo. et huic consonat ꝙ ibi dicitur: tanto facilius cōsequeretur gratiā remissiōis sc̄dm Richardum in quarto sententiarum. di. xviij. ¶ Secundus effectus cōfessionis est: ꝙ cōfessio adiūcta absolutioni sc̄dm quod est in voto penitētis liberat a culpa ⁊ pena eterna: ⁊ aperit paradisum sc̄dm sanctū Thomā in quarto sententiarū. di. xvij. ¶ Tertius effectus est. ꝙ in actu cōfessionis ⁊ absolutionis gratia augetur ⁊ remissio peccatorū datur: si precedens dolor non fuisset sufficiēs ad contritionē sc̄dm eundem sanctū Thomam eadem. di. ¶ Quartus effectus est: ꝙ cōfessio per vim clauium in tantum diminuit penam purgatorij: ꝙ remanet proporcionata viribus penitentis in hoc mundo viuentis: ita ꝙ satisfaciendo se in hac vita purgare potest secūduȝ eundem sanctū Thomam. ⁊ illam satisfactionem nō potest facere nisi de mādato sacerdotis: vt [illegible] c. multiplex. supra ea. di. ¶ Quintus effectus est ꝙ confessio habet tantam vim: ꝙ confessus et absolutus minus in pur-

Prim⁹ effectus cōfessionis.
Secūdus effectus.
Terti⁹ effectus.
Quartus effectus.
Quintus effectus.

Sextus effectus. Attende q̄ multū prodest pluries eadē peccata cōfiteri ad eternam gliaꝫ.

gatorio punietur q̄ contritus tantū. ſm eundē. ¶ Sextus effectus est q̄ confessio diminuit penā ex ipsa natura actus cōfitentis qui habet penam erubescentie annexā ꝛ ideo quanto aliquis pluribus et pluries de eisdem peccatis cōfitetur tanto magis pena diminuitur. Unde toties posset aliquis confiteri: q̄ ab omni pena liberaretur. scđm eundē scꝫm Tho. quarto sententiaꝝ. di. xvij. ꝛ hoc ideo est quia in secūda absolutione augmētum gratie confertur: ꝛ quāto maior gratia recipitur minus de impietate p̄cedentis peccati manet. et ideo minor pena purgatorij debetur. ſm eundeꝫ sequēti. di. xviij. Hoc tamē qđ dictū est intelligendū est hoc modo: q̄ tunc iterata receptio dicti sacramēti: illud operatur quādo seruatur reuerētia debita sacramēto: scilicet q̄ iteretur cōfessio adueniente nouo motu deuotiōis: vel noua erubescētia i penitēte respectu eiusdē peccati: ꝛ per hūc modum toties posset recipi q̄ remitteretur tota pena peccato debita: alias nisi predicta reuerentia obseruetur sacramētum penitētie respectu eiusdē peccati in numero pluries receptum non habet efficatiam ex vi clauium: secundum Richardum. prime distinctiōe. xviij. ¶ Et ex supradictis patet

Attende q̄ maximam vtilitatem anime affert q̄ pcta semel cōfessa quis pluries cōfiteatur.

quātum vtilis sit peccata semel confessa: iterum ꝛ pluries confiteri et ideo in dubio debet quis eadem peccata que confessus fuit iterato cōfiteri: nā licet hostien. in summa. titulo de peniten. ꝛ remissio. in. §. an peccata semel confessa necesse sit iterū confiteri: et tex. Jo. crisosto. in. c. Nō tibi dico. de peniten. distin. j. dicant q̄ non est necesse: q̄ semel sacerdoti fuerimus confessi denuo confiteamur: nisi in casibus qui ponuntur per Hostien. ibi et per glosam in dicto. cap̄. Non tibi dico. scilicet propter imperitiam sacerdotis. Ut in. cap̄. j. ꝛ in cap̄. Placuit. de peniten. dist. vj. ¶ Item propter contemptum satisfactionis vt in cap̄. Si apostolus. de peniten. disti. iij. ¶ Item propter enormitatem delicti si penitens remittitur ad superiorē vt in cap̄. Significauit de peniten. ꝛ remissione. Et in cap̄. Latorē. xxxiij. quest. ij. ¶ Item scđm quosdā propter diminutionē cōfessiōis: vt cū quis habet plura mortalia ꝛ vnū confitetur vt in cap̄. Sunt plures. de penitē. di. iij. Et hostiensis addit quintum casum generalem: scilicet in istis casibus in quibus secūdum quosdam peccata dicuntur redire que tantū non redeūt ex quo semel dimissa sunt: vt idem Hostiēsis notat ibi in. §. sequēti. Tamē vbicūqꝫ dubiū fuerit debet quis peccata semel confessa iterum confiteri: tū propter maiorem securitatē anime: tum propter supradictas vtilitates consequendas. ¶ Et ex supradictis patet: q̄ si aliquis propter obliuionē non fuit confessus aliquod peccatū: licet sacerdos absoluat ab oblitis: si postea recordatur illius peccati debet specifice confiteri: quia illud peccatum nunq̄ fuit specifice confessus ꝛ sic in illo non dicitur iterare sed nunc de nouo confiteri: ꝛ ideo absolutio sacerdotis prodest in oblitis quando nunq̄ amplius penitentes recordantur de ipsis: sed si recordantur nō habet effectū absolutio q̄ fundatur super ipsa obliuione: q2 confessiōe cessante cessat absolutio: vt est tex. in simili. in. c. [illegible]os de sen. exco. libro. vj.

Quia cessante causa cessat effectus vt in.cap. Cū cessante.de appella. Et idem est dicendum in absolutione generali que fit in missa vel in sermone per quam dimittuntur peccata mortalia oblita. vt notat hostiensis in ti. de peniten. et remissio.in summa sua in.§. de quibus peccatis. Et dixi in repetitione orationis vbi tractatur de missa et de cōfessione: que fit in introitu misse, quia illud habet locū quādo amplius nō recordaretur. Sed si recordatur postea de peccato oblito tenetur cōfiteri per supradicta. et maxime debet confiteri quādo recordatur peccati obliti: quia pro maiori parte hec obliuio peccati prouenit ex culpa penitentis: quia distulit confessionem et non curauit discutere et reducere ad memoriam peccata q̄ debuisset tenere in scriptis sicut scribit pecunias sibi debitas.argu.c. Qualis.in fine cum glo.fi.xxx.q.v. Et quia obliuio peccati prouenit ex culpa penitentis non prodest illa confessio generalis: vt notat hostien.in dicto.§. de quibus peccatis. Et ideo tunc necessaria est cōfessio specialis per supradicta Immo de hoc quod qui oblitus fuit peccata: debet confiteri postq̄ recordatur et debet dicere obliuionem. Est tex.cū glo. vlti.in.c.cum illorū de sen ten.exco.lib.vi. An confiteri obliuionem debet credi: et sic peccatum oblitū post recordationem quilibet confiteri debet: q̄ vltra supradicta probatur sic. Nam certum est q̄ sine contritione et confessione vel sine altero ipsorū non potest quis saluari. Tex.est in cap. Baptismi vince.ad fi.de consecratione.di.iiii. Sed de peccato oblito nunq̄ aliquis fuit contritus nec confessus si postq̄ recordatur non conteritur nec confitetur: immo si aliquis postq̄ recordatur non confitetur specifice peccatum oblitum contēnit sacramentū penitentie et ideo nō potest saluari. vt dicit tex.in predicto.cap. Baptismi vicem.in fine ex quo iam non per ignorantiam nec obliuionem sed ex voluntate sua non agit penitentiam de illo peccato contra notata ibi in tex.et in glosa. Nam tex.ibi dicit. Cum enim ex voluntate: alterum scilicet vel contritio vel confessio defuerit reatu hominē inuolui. et glo.ibi in parte ex voluntate dicit. Secus si ex ignorantia nam tunc excusaretur tam diu q̄ diu durat ignorātia et nō plus.i.q.i.cap.q̄ pro necessitate.

¶ Sunt talia effectus magni ipsius cōfessionis: nam valet confessio propter erubescentiam et propter fidem quam peccator exercet in confessione: quia per hoc ostendit se credere absoluendi et ligandi potestatem datam esse sacerdotibus. vt in cap. Quodcūq̄ ligaueris.xxxiii.q.i. Valet etiam propter humilitatem et obedientiam quam exhibet mādatis dei: dum flectēdo genua et iungēdo manus humiliat se peccator corā sacerdote. Valet etiam propter gratiam que ei cōfertur maxime per manus impositionem. vt xxiii.q.iii.notandum. Quia quasi impossibile est quin deus respiciat frequēter confitentem. Valet etiam propter interdictorum: et amissorum recuperationem. Quia sacerdos reconciliat gratie diuine et restituit peccatorem ad sacramentorum participationem: vt in cap. Multiplex. et in cap. Nonnulli.supra ea.di.scdm Joan.an.in predicto.cap. Omnis.

Attēde q̄ p confessio nē gñalem q̄ fit in introitu misse vl' in fine sermonis dimittuntur mortalia oblita.

Attende q̄ pcta oblita post recordationē debēt cōfiteri.

Attēde ad alios effectus confessionis.

xvj. q̄stio. ¶ Decima sexta questio est, an sit bonum facere elemosinam ad redimenda peccata confessa. Circa quod dicendum est: q̄ obseruatis alijs pluribꝰ que penitens debet obseruare de quibus latius. j. dicetur pro peccatis cōfessis redimēdis elemosinas faciat vt in. c. Medicina et in. c. Medicamentum. j. ca. di. ꝛ in. c. Sane cauēdum. de peniten. di. iij. ꝛ orationibus ꝛ ieiunijs insistat: nā nō sufficit cōfiteri ꝛ mores in meliꝰ cōmutare; et a preteritis malis recedere; nisi etiam de his q̄ facta sunt satisfaciat dn̄o per penitentie lamenta vel dolorem; vel per humilitatis gemitū: per contriti cordis sacrificiuz cooperantibus elemosinis ꝛ ieiunijs, vt in. c. Non sufficit. de penitē. di. iiij. Et tunc manet spiritus sanctus in eo quādo elemosinis orationibus ieiunijs ceterisq̧ fructibus spiritus insistere desiderat. vt in cap. querendum in fi. de penitē. di. ij. Ja. doctor. Ex quibus manifeste patet q̄ ad redimenda peccata cōfessa nimis prosunt lamēta dolor gemitus humilitatis contritio cordis elemosine orationes ꝛ ieiunia; que fiunt tempore penitentie ꝛ post in statu gratie. Jacobus doctor.

xvij. q̄stio ¶ Decima septima questio est. An sit bonū confiteri quolibet anno ꝛ recipere sacramētum eucharistie in pascha indubitatum est. Sed qualiter fiendū est. Circa quod dicendū est. Quod penitens quolibet anno tenetur confitere omnia sua peccata proprio sacerdoti. vt in. c. Omnis vtriusq̧ sexus de peni. ꝛ remissio. vel fratri p̄dicatorꝫ vel minoruz electo. Ja. doctor. Per suos ministros: priores: prouinciales ꝛ vicarios: ꝛ generales ꝛ prouinciales ministros ꝛ custodes: ꝛ ep̄is ꝛ diocesanis p̄sentato ad ꝯfessiōes audiendas dum tamen isti sic electi ꝛ presentati sint sufficientes idonei vita probati discreti modesti atq̧ periti scd̄m formā clementini. dudū. in. §. Statuimus. de sepultu. Jacobus doctor. Et in pascha reuerēter eucharistiā suscipiat: vt in dicto. c. Omnis. ꝛ hoc ad minus. nam si potuerit meliꝰ erit q̄ ter in anno cōmunicet. s. in pascha ꝛ penthecosten et natale dn̄i. vt in. c. et si nō frequētius. de consecra. di. ij. si mens in affectu pecandi nō sit. nam habentes volūtatē peccādi magis grauātur eucharistie pceptiōe q̄ purificātur vt in. c. quottidie ea. di. Et caueāt homines religiosi nec clericis vel laicis sacramentū eucharistie nō habita super hoc presbyteri parrochialis licencia speciali ministrare p̄sumāt: alias excōmunicationis sententiā ip̄o facto incurrūt dūtaxat per sedē apostolicā absoluēdi quos etiaz locorū ordinarij excōmunicatos debēt publice nūciare: donec de absolutione ipsorū eis fuerit facta fides nulla eisdē religiosis super hoc exceptiōe vł alio p̄uilegio suffragāte. vt est tex. in cle. Religiosi de priuile. ꝛ sufficit q̄ quādo datur licēcia religioso fiat specificatio de sacramēto licet nō exprimatur nomē parrochiani vel nomē religiosi q̄ndo datur licēcia parrochiano vt euitet p̄dicta pena. vt notat glo. in dicta cle. Religiosi. Ja. doctor. Et qꝛ supradictū est q̄ quilibet catholicus in quolibet anno in pascha tenetur recipere reuerēter sacramētum eucharistie ꝛ quia circa diem perceptiōis huiusmodi sacramēti an debeat fieri eadē die pasche vel resurrectio

nis dñice vel in septimana sancta vel in die iouis cene vł infra octauas resurrectionis est maxima altercatio textuū ꝛ glosarū ꝛ doctorū. Circa quā altercationē sedꝫ̄ ʒdā dictus reuerēdus doctoꝛ genitoꝛ meus posuit maximā ꝛ longā additionē auctoꝛitatibus iuribus ꝛ rationibꝰ fulcitā q̄ ꝛ omnia dicta per textꝰ ꝛ glosas ꝛ doctores: circa p̄dictū dubiuꝫ cū humilima reuerēria loquendo maxime dicti genitoꝛis mei credo esse sup̄flua: et hoc esse decisum per duo breuia Eugenij pape: tenoꝛis subsequentis.

¶ Copia cuiusdam breuis domini pape Eugenij quarti. missi episcopo Liciensi. super tempoꝛe cōmunionis fidelium.

Venerabilis frater: salutem et apostolicam benedictionem a fide dignis personis nobis relatum est. qđ in ciuitate Licij circa materiaꝫ generalis cōmunionis assumptionis videlicet eucharistie ꝛ coꝛpoꝛis dñi nostri Jesu chꝛisti per diuersos p̄dicatores varia populo denūciata sunt propterea in mētibus personarū vtriusqꝫ sexus varie opiniones suboꝛte sunt q̄ detrimētum atqꝫ periculum animarum eoꝛundem parere possent. ¶ Cū autē ad nos ꝑtineat saluti aīarū ꝓuidere vt om̄is pc̄ti atqꝫ scādali materia de medio tollatur. volumus ꝛ fraternitati tue harū serie precipimus ꝛ mādamus quatenus a dictis p̄dicatoꝛibus si in ciuitate Licij presentes fuerint: vel a dicta ciuitate paruꝫ remoti sunt aut ab alijs p̄dicatoꝛibus auctoꝛitate nostra certis diebꝰ ad hoc cōueniētibus per te eligēdis ꝛ deputādis eadē populo deuote declarare facias. vt iuxta romane ecclesie ꝛ cōmunionē chꝛistiani populi ritum atqꝫ cōsuetudinē fideles vtriusqꝫ sexus cum ad annos discretionis peruenerint confessione premissa in festo paschalis videlicet resurrectionis domini nostri Jesu chꝛisti cum debita reuerentia sumant eucharistie sacramētum idest coꝛpus domini nostri Jesu chꝛisti: de cōsilio tamen confessoꝛis siue sacerdotis eoꝛum ex rationabili causa emanante dicte persone cōmunioneꝫ huiusmodi preuenire aut differre possint. dūmodo parum tempoꝛis spacium preueniendo aut differēdo interueniat. Et insuper volumus vt in dictis predicationibꝰ hoc presens breue publice et solēniter populo predicto legi facias: vt predicationes huiusmodi maioꝛem auctoꝛitatem ꝛ efficaciam consequātur. Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo nostro secreto. Die septima Aprilis: pontificatus nostri anno. xv.

Copia primi breuis.

¶ Copia alterius breuis eiusdē Eugenij super dicta materia quod fuit datum post supradictum.

Eugenius papa quartus dilecto filio fratri Jacobo de prima dicijs de bononia oꝛdinis fratrum minoꝛum super fratres prefati oꝛdinis: qui de obseruantia nuncupantur in Jtalia vicario generali. Salutem et apostolicam benedictionem: fide digna relatione percepimus in ciuitate Licij nō paruam per hec tempoꝛa fuisse excitatam seditionem de die debite perceptionis sacratissimi coꝛpoꝛis domini nostri Jesu chꝛisti: et quod per aliquos religiosos sit affirmatum: non cōmunicantes actua

Copia sc̄di breuis.

liter in die resurrectionis dñice mortaliter peccare: etiã si in die iouis sancti et alijs quibuscunqꝫ diebus infra annum pluribus et frequentatis vicibus cõmunicassent: qđ pijs auribus audire est molestũ ꝛc. ¶ Recolim⁹ enim alias per quoddam nostrũ breue scripsisse venerabiũ fratri nr̃o epõ Licẽsi: qđ intelligebam⁹ satis factũ esse: mirati itaqꝫ sumus ꝙ postmodũ noua controuersia reuiuiscit: sꝫ inimicus hõ semꝑ supseminat zizaniam. ¶ Nos igitur cupiẽtes purgatũ triticũ in horreũ domini cõgregari: ꝛ inutilibus contentionibus finẽ dare: attendẽtes iuxta doctrinã beati augustini: ꝙ solent circũstantie scripturarũ illuminare substãtiã veritatis: ꝛ nõ solum adiacẽtia sed etiã precedentia et sequẽtia verba sunt attẽdenda prudenti. cum dicat canon ecclesie. Omnis vtriusqꝫ sexus: fidelis saltẽ: semel in anno cõfiteat̃: ꝛ infra. Suscipiẽs ad minus in pascha eucharistie sacramentũ. et sequit̃: nisi de ꝓprij sacerdotis consillo ob aliquã rationabilem causam ad tẽpus ab eius perceptione duxerit abstinendũ. Dicim⁹ exp̃sse nõ esse intẽtionis legislatoris: animas illaqueare fideliũ sub culpa mortali ad cõmunicandũ: p̃cise in die resurrectionis: sed terminuꝫ statuisse a pascha cũ dicit. Semel in anno: et infra. admin⁹ in pascha: nisi ꝛc. mens enĩ magis ꝙ̃ verboꝝ sonus est attedenda discretis. Intelligimus itaqꝫ optimo iure satisfactũ esse canoni: si in hebdomada sancta vel infra octauas pasche resurrectiõis dñice: scđm meliorẽ dispositionẽ conscientie: eucharistie pignus accipiũt: et cũ dño pascha celebrent ad salutẽ. Et huic sententie omnes volum⁹ aquiescere: quare deuotioni tue cõmittim⁹: vt predicta vbi oportere intelligas populis nota facias. Datũ rome ꝛc. Et sic manifeste patet oĩbus opinionib⁹ altercationibus doctoꝝ et glosarum qui in ista materia loquuntur nonobstantibus: dictum dubium et dictas altercationes ꝛ opiniones esse determinatũ et decisas quemlibet catholicum satisfacere iuribus et rationibus dicentib⁹ debere cõmunicare in pascha scilicet illum qui a die lune septimane sancte inclusiue vsqꝫ ad dominicam in albis etiã inclusiue: et in quolibet dictorũ dierũ in quibus potest cõmunicari dici cõmunicari in pascha: si cõmunicauerit in aliquo dictorum dierum. Jacobus doctor beneuntanus.

xviij q̃stio ¶ Decima octaua questio est. An sit bonum pro redimendis peccatis et penitentijs peccatorum recipere indulgencias. Circa quod dicenduꝫ est: ꝙ penitens postꝙ̃ obseruauerit obseruanda: de quibus dicetur in actib⁹ penitentium lucretur: ꝛ acquirat omnes indulgentias quas poterit acquirere ꝛ lucrari: implendo illa que impleri debent pro eis acquirendis ꝛ lucrandis. Et sic poterit acquiri et lucrari indulgencias concessas in cle. vna de reliquijs ꝛ vene. sancto. Jo. do. ꝛ indulgentias concessas per dictũ Eugenium quartum. Omnibus interessentibus horis canonicis ꝛ missis et alijs diuinis officijs in vigilia ꝛ festo ꝛ octauario corporis christi et omnibus celebrantibus vel assumentibus eucharistiam: et facientibus per alios celebrari in dicto festo ꝛ octauario ꝛ concomitantib⁹ cum lumi-

ne et sine lumine dictum corpus xpi in dicto festo et alias cum ducatur ad infirmos: de quibus in dicta bulla Eugenij quarti: que litteraliter posita est in volumine decretorum moralium super parte. corpus xpi. Et etiam in dulgentias concessas per clementē et per alios Romanos pontifices: signāter per sixtū. iiij. visitantibus lumina apostolorū petri et pauli: de vicesimo quinto in vicesimū quintū annū. et etiam alias indulgentias cruciate: et de pluribus alijs fiet quedam copilatio per se et imprimetur ad vtilitatem et profectum omnium catholicorum: vt omnes catholici discant qualiter possunt acquirere regnum dei: sicut sciunt et inquirunt plures modos acquirendi pecunias et alia bona temporalia aliquando forte in condēnationē animarum. Jacobus doctor. nam licet glo. dicte cle. vni. super parte confessionis dicat quis est vere penitēs ad lucrandum veras indulgentias et laudabimus. Tamē nō est dubiū qꝫ penitēs qui obseruauerit dicenda in actibus penitentiū vere penitēs est. et illas et alias similes indulgentias lucrari poterit. Nam precipue facit aliquē vere penitentē: scilicet preterita peccata plangere: et propositum nō cōmittendi alia pcta hre: et quod nō negligat satisfacere. vt notat glosa in dicto. §. sed verba. et textus in. §. sine autem. et in. c. inter hec. et in. c. iudas. cum capitulis sequētibus. et tex. cū glo. sup parte dissimu lat. in. c. penitētias quippe agere. de peniten. distin. iij. Debet ergo dictus penitens lucrari indulgentias quas poterit: vel ad releuationem iniuncte penitentie. vel absolutionem superhabundantis penitentie. Nam tanto tempore in purgatorio a pena releuabitur: in quanto tempore fuerit sibi facta indulgentia scdm ea que notant per glo. et Inno. et Jo. andre. et p alios doctores. in c. qd autē. de penitē. et remis. Ja. doctor.

¶ Decimanona questio est: que est penitentia publica. Circa quod dicendum est: qꝫ publica penitentia est cum alicui iniungitur peregrinatio cum baculo cubitali et cum pera benedictis. vt. xxx. q. j. in. c. si quis sacerdos: vel cum aliquo genere vestis. vt in. c. si quis virorum. xxx. distin. et in. c. per simoniam. xlj. distin. et in. c. si. xx. q. j. Et hanc penitentiā sacerdos potest iniungere: cum non sit ei prohibitum argumento. c. penitentes. l. distin. vbi hoc videtur expressum. et in. c. si quis presbyter. xxx. distin. vbi hoc etiā est expressum. et in. c. in capite. l. dist. et in principio: ibi dum dicit ter. susceperunt: et hec penitentia non imponit nisi pro graui crimine. vt in. c. sacerdos. de peniten. distin. vj. Et hanc penitentiam sedes apostolica nemini agendā indicit nisi in eo loco in quo curia Romana residet: et tūc solū pro homicidio et similibus enormibus criminibus penitētiarij dñi pape faciūt penitētes nudos triduo vel plus vel min' incedere p oēs ecclesias ciuitatis in qua est curia et nō alibi: quo facto remittūt eos tunc ad suos episcopos: vt consideratis debitis circūstātijs eis indicant penitentiā salutarem. xix. qstio.

¶ Vicesima qstio est: q est solennis penitentia. Circa quod dicendum est: qꝫ solennis penitētia est que fit in tēpore quadragesime cum solennitate q xx. qstio.

est in prealegato capitulo in capite.l.di.et hec pnia a solo epo imponit:vt ibi habet:et sic intelligitur.c.accedentibus.de excessi.prela.r.c.peruenit.et.c.sequens.vj.q.j.licet littera dicat ibi de publica:quia sepe in iure publica ponitur pro solenni et econuerso vt ibi notat.et in.c.si ille.l.di.r in.c.de penitentibus.de cose.di.iij.Et hec penitentia imponitur pro oppressione filiorum:vt in.c.quesitu.de penite.r remis.et breuiter imponitur pro omni vulgatissimo crimine totam vrbem vel villam cōmouente:vt in.c.vlti.xxvj.q.vj.quia notoria debent penitētes episcopo publice cōfiteri:vt in.c.in actione.et in.c.seque.r in.c.quem penitet.in fi.de penite.dist.j.¶Circa qd sciendu est φ omnis pnia solēnis est publica sed nō econtra.Sed circa hoc qrit.nunqd simplex pres byter pōt hāc penitētiā solēne indicere φuis dictā solēnitatē p se nequeat adhibere.et quidā dicūt φ sic argu.pdicto.c.in capite.l.di.Sz speculator tenet contrariū:et ista est veritas φ simplex presbyter nō pōt hāc penitētiā indicere:etiā si haberet ab epo speciale potestatē quo ad primā deiectionē eccle:et quo ad vltimā traductionem siue reconciliationē in ecclesia:cuz prima electio et vltima introductio sint ordinis epalis et iurisdictionis.vt in.c.vlti.in.§.j.et.ij.xxvj.q.vj.r in.c.cor epi.lxviij.di.sed si penitentia solēnis per aliquos ānos vel tēpus ē duratura medie deiectiones r introductiones solēnis penitētis:possunt fieri per simplices p̄sbyteros qui habeant sup hoc ptātem specialē ab epo.vt no.in dicto.c.de penitentibus.de cōse.di.iij.r in di.c.in capite.

Attēde an simplex sacerdos posit imponere pniam solemnem.

xxj.q̄stio.

¶Vicesimaprima q̄stio est:q̄ est penitētia priuata.et est dicendū φ priuata pnia est q̄ p occultis peccatis imponit:q̄ sunt p̄sbytero cōfitēda:r ab eo est pnia iniungēda:vt in.c.p̄sbyteri.xxvj.q.vj.r in.c.si peccauerit.ij.q.j.et fallit in casib⁹ superioribus reseruatis:de quibus inferius plenī⁹ in isto tractatu in actibus penitentiū r in actibus pfessorū habet.Jo.doctor.

xxij.q̄stio.

¶Vicesima secūda questio est que sunt pcta mortalia r que venialia.et quō peccatū veniale efficitur mortale.Circa quod dicendum est φ peccata quedā dicuntur mortalia:quedā dicunt venialia.¶Circa primū dico φ peccata mortalia quedam dicunt mortalia r capitalia.et quedam dicūtur mortalia tantum.et capitalia sunt vndecim.¶Primū est peccare in fide trinitatis.xxij.q.ij.c.j.et.xxxij.q.vj.quid in omnibus.¶Scd̄s est peccatum contra naturā.vt.xxxij.q.vij.Flagitia.¶Tertium est homicidiū quod est terribilius omni peccato.l.di.placuit.¶Quartū est crimen lese maiestatis.lxxix.dist.siquis.vj.q.j.Siqs cū militib⁹.et.iij.q.v.accusationibus.¶Quintū est crimen sacrilegij.s.cum aliquis fregerit ecclesias violenter.ij.q.j.in primis.xvij.q.iiij.siqs in atrio.et in.c.frater.et in.c.siquis suadente.¶Sextū est incestus.iij.q.iiij.cōsanguineoꝝ.xxxv.q.iiij.de incestis r ea causa.q.viij.opus salubriter.¶Septimū est conspiratio:vt in c.conspirationum.r in.c.qui clerici.r in.c.si qui clericoꝝ.xj.q.j.¶Octauū est adulteriū:qd̄ est detesta bile in vtroqꝫ testamento.vt.xxxij.q.vij.§.qd in omnibus.et ea causa.q.iiij.nemo.¶Nonum est falsum testimoniū:qd

lege diuina ⁊ canonica est prohibitũ. vt ꝓbatur.xxij.q.iiij. Non periura-
bis: quod est extractũ de leuitico.et.vj.q.j. Quicũq3. ⁊ de crimine falsi.c.j.
et.xj.q.iiij.c.quisquis. ¶ Ista sunt criminalia maiora accusatione ⁊ dãna
tione dignissima.lxxxj.di.c.j. ¶ Decimũ est crimen simonie: cui omnia cri
mina pro nihilo reputantur.vt in.c.tanta.de simo.⁊.j.q.vij.c.fi. Est enim
damnatũ crimen in vtroq3 testamento.vt.j.q.j.qui studet. ¶ Undecimũ
est crimen vsure: quod est detestabile in vtroq3 testamento.vnde in ezechi
ele. Usuram ⁊ oẽm superhabundantiam non accipietis. ⁊ Dauid querit.
Quis habitat in tabernaculo tuo: qui pecuniã non dedit ad vsurã. ad idẽ
de vsuris.quia in omnibus.et.xiiij.q.iij.plerique.

¶ Peccata vero mortalia q̃ nõ sunt criminalia vel capitalia sunt: supbia. — Tertia ps.
Superbi enim patiunt̃ istas qualitates.s.vitium elationis: inferiores de
spicientes: et supioribus vel paribus satagunt dñari. vnde in libro sapiẽ- — Attende q̃
tie. Intollerabilis est omnis superbus habitu superfluus: incessu põpo- — sunt pecca-
sus: ceruix erecta: facies vaga: truces oculi: de loco certat superiori. Sen- — ta mortalia
tentias suas et verba et facta iactat: et reuerentiã in obsequio non obser- — et q̃litates
uat.ideo contra superbũ scribitur Job.xx.c. Si ascenderit vsq3 ad celum — eorum.
superbia eius: et caput eius nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine — Prima.q.
perdetur. Ja.doctor.de quo ait propheta in psalmo. Noli emulari. vidi
impium superexaltatũ et eleuatum sicut cedrus libani et transiui: et ecce
non erat: et quesiui eum ⁊ nõ est inuentus locus eius. Jacobus doctor.

¶ Secundum peccatũ mortale est inuidia: et dic ꝙ inuidia est quedam ar-
bor: cuius radix maliuolentia: cuius frondes ira et odium: cuius flores ir — Scda.q.
risio ⁊ derisio: cuius fructus emulatio et detractio: cuius folia liuor ⁊ pa-
lor: et quem aspicit despicit: et quẽ despicit interficit ⁊ corrumpit.xix.dist.
scdm.xxiij.q.iiij.quam magnũ. ¶ Tertium peccatũ mortale est Ira.et an
ira sit mortale peccatũ. Circa qd dicendum est ꝙ quedã est ira perseuerãs: — Tertia.q.
et ista talis est peccatum mortale: vt dicit tex.in.§. Criminis appellatio.
et in.ṽ.alias ea demum.xxv.dist.tamen iracundia est proprium nomen — Attẽde q̃ñ
vicij siue criminis: ira vero est ipsum peccatum. Si vero ira non peruenit — ira ẽ pcm̃
ad consensum rationis: nec perseuerat sed transit absq3 eo qd ponatur in — mortale: et
opere: peccatum veniale est.vt infra dicetur. ¶ Quartum peccatum mor — q̃ñ veniale.
tale est gula. Circa quod queritur: an ebrietas sit peccatum mortale. Cir
ca quod dicendum est: ꝙ ebrietas quandoq3 non est peccatum: et quãdo- — Quarta.q.
q3 est peccatum veniale: et quandoq3 poterit esse peccatum mortale: scdm
diuersas considerationes. Unde potest ebrietas tripliciter considerari.
Quandoq3 dicitur ebrietas passio: quandoq3 actio. ¶ Quandoq3 dicitur
qualitas. Ebrietas que dicitur passio non est aliquod peccatum: sed est pe — Prima.q
na.s3 obliuio: que in ebrio cum iaceat semiuiuus et quasi sepultus: quia
ita afficiatur vt nihil sentiat: et in hac significatione accipitur.xv.q.j.sane.
Et potest intelligi quando homo sumit vinũ et nesciens potentiam vini — Q̃ñ ebrie-
tamẽ bibit in tanta q̃titate ꝙ inebriatur. nõ tamẽ putabat nec erat veri- — tas non est peccatum.

simile quantitatē vini esse imoderatā: isto casu nō est peccatū etiā veniale, et sic vino creditur processisse in Noe. xxxv. di. sexto die. et tenet ibi archi. Quandoq; ebrietas dicit actio: et tunc dicitur ipse actus inebriādi. s. quo quis se inebriat. et iste actus quādoq; est venialis: quādoq; est mortalis.

Scda. q. ¶ Venialis est cum quis ignorans vires vini parum bibendo inebriatur. ¶ Mortalis est cum imoderate bibendo inebriatur: et etiam cū parum bibendo inebriatur: si ex certa sciētia hoc faciat: puta sciens vires vini: et q modicū vinum inducit in eum ebrietatē: nihilominus ipse bibit; tunc etiam est mortale. quia talis vult ebrietatē incurrere potius q a vino abstinere: et talis proprie dr ebrius: qr scdm hoc sciēs et volēs priuat se sensu rationis: quo seruitutē operatur et in peccata declinat: et sic peccat mortaliter periculo se cōmittēs: scdm Hug. et archi. in dicto. c. sexto die. xxxv. dist.

Qūo ebrietas ē pctm veniale.

Tertia. q. Ebrietas vero qualitas: est habitudo mētis iniuste. i. mala qlitas animi. s. qua hō ita disponit: vt semp sit facilis et paratus ad inebriandū: hoc vitiū est mortale: et hoc dr assiduitas inebriādi: qr ex ea ita disponit quis vt assidue velit inebriari: et de hac pōt intelligi qd hic dr: q ebrietas est mortale si sit assidua. i. assiduus habitus inebriādi. et de ista etiā pōt intelligi textus in. c. eps. xxxv. di. vbi dr q ebrietati inseruiēs est deponendus. Et ita est dicendū de crapula et cibo et de alijs pertinētibus ad esum carnium: sicut dictū est de potu: quia crapula pertinet ad cibū: ebrietas ad potū: quia imoderate comedēs assidue et sciēter: vt sciat se pducere ad vomitū: peccat mortaliter. Si tamē ignorāter et nō assidue. et nō cum intentione se crapulādi: peccat venialiter. Differētiā aūt inter crapulā et ebrietatē: et de deriuatione et pprietate horū nominū ponit glo. vnica. in. c. a crapula et ebrietate. de vita et ho. cle. ¶ Quintū pctm est. s. accidia: et an accidia sit peccatuz mortale. dicendū est q accidia est quedā tristicia agrauans: que ita deprimit animū hominis: vt nihil ei agere liceat. Sicut ea que acida frigida sunt. ideo accidia importat quoddā tediū operandi.

Qūo ebrietas ē pctm mortale.

Attēde qn dr quis pprie ebrius.

Quinta. q. Attēde qd ē accidia.

De pctō accidie q hēt tres qōes.

Prima. q. ¶ Unde aut talis tristicia est ex eo q aliqs cogit eū bene agere et implere opera virtutis que facere nō tenet. et tūc nō est peccatū accidia: aut tristicia est circa illa que iminēt facienda ppter deū: et tūc pōt esse peccatū veniale. et potest esse mortale. ¶ Unde si quis habet tristiciā de bono spūali ad qd artat. et talis tristicia nō pertingit vsq; ad consensuz rōnis ppter iperfectionē actus est peccatū veniale: sicut in genere adulterij cōcupiscentia: que cōsistit in sola sensualitate est veniale peccatū. si tamē peruenitur vsq; ad consensum rōnis: est peccatū mortale. ita et motus accidie cū est in sola sensualitate: vt quādo est ppter repugnantiā sensualitatis ad spiritū: tūc est peccatū veniale. Quandocunq; vero pertingit vsq; ad rationē que consistit in fuga et horrore et detestatione boni diuini: carne oīno cōtra spūm preualēte: tūc manifestū est q accidia est peccatū mortale scdm tho. et archi. in. d. §. alias aūt. ¶ Sextū peccatū mortale est luxuria. circa qd querit an maritus cognoscēs vxorē peccet mortaliter vel nō. et est dicendū q si ma-

Scda. q.

Tertia. q.

Pctm mortale est luxuria.

ritus exact⁹ ab vxore eã cognoscit nullũ pctm est. vt in. c. Si dicat. xxxiij. q. v. Si vero marit⁹ cognoscat vxorẽ causa explende libidinis peccat mortaliter. vt in. c. Origo. xxxij. q. iiij. ¶ Auaricia est septimũ pctm mortale. Et sic siz expeditus. de pma qstione. s. q̃ sunt pcta mortalia pars. xxij qstionis. Scda est q̃ sunt pcta venialia: τ est dicẽdũ ꝙ pcta venialia sunt assiduus ociosus sermo: imoderat⁹ risus: vel pctm cure familiaris: similiter militia: mercatio: pcuratio: siue administratio aliq̃ q̃ vix sine pcto fiũt. vt de peni. di. v. Falsas. τ. c. Qualitas. dũ tamẽ nõ cõcurrãt circũstantie q̃ agrauant ista pcta: vt de venialib⁹ efficiant̃ mortalia. ¶ Itẽ nõ ieiunare ieiunia q̃ sunt cõsilij τ nõ pcepti. q̃ ieiunia cõsilij nõ ieiunare est veniale pctm Jo. doctor. vt est. iiij. feria. vt dicit tex. in. c. Jeiunia. de cõse. di. iiij. iuncta. glo. in. c. de esu carniũ. ea. di. Jacobu s doctor. Itẽ nõ ieiunare ieiunia persuasa est veniale pctm presertiz cũ pmo ad hoc cõsenserit. Itẽ si in collegio vel in loco aliquo particulari cõstitutũ est ieiuniũ: nõ ieiunare est veniale pctm. Jo. doctor. Dũ tamẽ tale ieiuniũ nõ sit de statutis eccłie vł de. vj. fer. vt in dicto. c. Jeiunia. iũcta dicta glo. τ i. c. Cõsiliũ. de obseruatiõe ieiuniorũ. Jacob⁹ do. ¶ Itẽ ira nõ pseuerãs sed trãsiens pctm veniale est. Itẽ si quis bibit de vino τ inebriat̃ nõ ex cõsuetudine nec assidue: ignorãs vires vini τ q̃litatẽ suã peccat venialiter. Itẽ accidia pctm veniale est: si nõ ptingit vsq3 ad cõsensuz ratiõis ppter impfectionẽ actus: est peccatũ veniale. Idem dicẽdũ est de cõcupiscẽtia q̃ si solũ cõsistit in sensualitate est pctm veniale: si vero peruenit̃ ad cõsensum ratiõis est mortale. Itẽ sermo supflu⁹ etiã si sit bon⁹ sermo veniale est. Itẽ maledicẽtes peccãt venialiter: q̃ndo inducũtur ad maledicẽdũ ex quadã facilitate vel temeritate. Si tamẽ maledicũt ex odio vel indignatiõe peccãt mortaliter. Itẽ si prestat̃ cõsiliũ alicui de vitãdo peccato veniali nõ obseruãs cõsiliũ peccat venialiter. Itẽ comedẽs die ieiunij ante meridie q̃ est hora debita nõ ex cõtẽptu vel inobediẽtia peccat venialiter. Jo. do. Itẽ ɔstitut⁹ in mortali pcto cõtrit⁹ τ cõfessus q̃ ad iniũctã penitẽtiã per sacerdotẽ incepit eã agere tale mortale efficitur veniale per cõtritionẽ. vt in. c. Si quis sup hoc fundamentũ iũcta glo. xxv. di. τ in. c. Nullus expectet. de peni. di. vij. Jacob⁹ doctor. Et de alijs plurib⁹ peccatis venialib⁹. vide in. §. criminis appellatio. τ in. §. alias aũt τ in. c. Qualis. xxv. di. τ ibi per archidia. huguiciũ τ dñicum τ alios doctores plenissime.

Sextis. q.
Septis. q.

Septimuz pctm mortale est auaricia.

Quarta ps est q̃ sũt pecata venialia.

nota hora co[...]
den [...]

¶ Tertia est quomodo venialia efficiuntur mortalia: vel mortalia efficiunt̃ venialia: istud clarũ est ꝙ oĩa venialia per cõtẽptuz: per cõsuetudinẽ: per vsum: τ assuefactiõez: τ perseuerãtiã ipsoꝝ efficiũtur mortalia. Mortalia vero per verã penitẽtiam τ satisfactionem τ alia q̃ in vera penitentia cõcurrere debẽt efficiunt̃ venialia scdm predictos doctores in predictis locis: nã certũ est ꝙ pcta venialia dicunt̃ tripliciter. ¶ Primo dicitur peccatũ veniale quasi cito veniẽs sine quo presens vita difficile ducitur. vt dicit text⁹ τ ibi docto. in. §. nomĩe aũt. xxv. di. ¶ Scdo modo dicit̃ veniale. i. aliquã causaz venie hñs vt pctm in prẽm τ in filiũ ex infirmitate

Prima ps est q̃ñ venialia efficiuntur mortalia. τ mortalia efficiũtur vẽialia.

Sexta ps xij. q̃sti. est.

vel ignorãtia: q2 tũc dicitur veniale ad differẽtiã peccati in spũm scẽm ꝙ ca
ret venia. Quãdoq3 ⁊ tertio dicitur veniale omne pcẽm mortale post cõtri
tionẽ. ⁊ dicit᷑ veniale: q2 est dignũ venia: ⁊ sic accipitur in.c.serpẽs.de pe
nitẽ.di.j. Et sic apparet soluta.iij. q̃stio qñ peccata venialia efficiunt᷑ mor

Qualit᷑ pñt tolli peccata venialia.

talia: vel mortalia efficiũtur venialia. ¶ Et ex hoc resultat alia q̃stio.⁊.iiij
qualiter possunt tolli pcc̃a venialia: ⁊ est dicẽdum ꝙ peccata venialia que
sunt in meris terminis venialiũ. Primo tollũtur per confessionẽ factã lai-
co vbi nõ sunt mortalia: licet copia sacerdotis possit haberi. Secũdo tol-
luntur peccata venialia per orationẽ dñicam. Tertio per epistolã. Quarto
per modicã ieiunationẽ. Quinto per aspersionẽ aque benedicte. secũdum
ꝙ dicit glo. notabilis in dicto.§.criminis in parte facile. Sexto per bene
dictionez prelati deuote sumptam. vt.j.q.j. dictũ.⁊.c.maledicã.⁊.c.seq̃nti.
Septimo per confessionem generalẽ. vt de peni.di.iij.c. de quottidianis.
Octauo per elemosinã. Nono per ieiuniũ de pe.di.iij sane cauẽdũ. X. per
eucharistiã deuote sumptã de cõse.di.ij.cum omñe. Xj.per extremã vnctio-
nem.vt in.c.vno de sacra vn. Xij.per deuotũ pectoris tunsionem. vt de pe.
di.j.tres sunt. Xiij.per baptismũ.vt in dicto.c.tres. Xiiij.per cordis cõtri-
tionẽ.vt in.c.fi.de peni.di.j.⁊ di.vij.c.fi.scd̃m hostiẽ.q̇ hoc notat de pe.⁊ re-
missio.c.ois.⁊ per archidia.in dicto.c.de quottidianis.predicta intelligũt᷑
vt sup̃dictũ est ꝙ istis modis tollũtur venialia vbi nõ sunt mortalia: mor-
tale enim sine veniale potest dimitti sed nõ econuerso: quia mortale expo-
nitur charitati ⁊ veniale feruori charitatis sublato priori tollitur posteri-
us sed non econuerso. Jacobus doctor.

Si tamen ex cõtẽptu omitatur confessio venialiũ mortalia efficiunt᷑. vt te
net Dñicus ⁊ Huguicius in.d.§.criminis. vbi dicunt ꝙ tutius est ꝙ ha-
bens copiam sacerdotis cõfiteatur omnia peccata venialia ⁊ mortalia sa-
cerdoti ⁊ istud est tenendũ. ¶ Et ex hijs etiã resultat alia questio quãdo

Scd̃a ps. xxij. q̃stionis est.

quis dicatur peccare in spũm sanctuz iuxta illud quia si quis in spiritum
sanctum blasphemiã dicit: nec in hoc seculo: nec in futuro remittetur: ꝙ in
telligendũ est isto modo qui peccat per impotẽtiam dicitur peccare in pa-

Quõ quis dicat᷑ peccare in spũm sanctum.

trem: quia patri attribuit᷑ potẽtia. xxiij. di. quia ep̃us. qui vero peccat per
ignorantiam dicitur peccare in filium: quia filio attribuitur sciẽtia. xxiij.
di. iuxta. sed qui peccat ex cõtemptu dicitur peccare in spũm sanctũ vt ille.
q̇ est obstinatus pcc̃o: ⁊ illud dicit᷑ irremissibile ⁊ nõ ita de facili remittitur
sicut precedẽtia. ita tenet glo. expresse in parte blasphemiam in.d.c. qualis
Et sic remanet expedita. xxij. questio i ordine tabule huiꝰ tractatꝰ q̃ sunt
pcc̃a mortalia ⁊ q̃ venialia: ⁊ quõ pecca tũ veniale efficitur mortale: ⁊ mor-
tale efficitur veniale. Jacobus doctor. ¶ Vicesima tertia q̃stio est in ordi

xxiij. q̃stio.

ne tabule qualiter cognoscetur peccatũ grauius vel leuius vel qualiter co
gnoscet cõfessor ꝙ vnũ peccatũ sit maius altero ad imponẽdã pñiam con
decentem pcc̃o. ¶ Circa ꝙ dicendum est ꝙ dãtur alique regule ad cogno
scendũ maioritatẽ vel minoritatem pcc̃i. ¶ Prima regula est ꝙ ex maio.

tate vel minoritate pene q̄ a iure imponit̃ pro pctō cognoscit̃ ꝙ pctm̄ est grauiꝰ altero. v. vt i. c. nō auferamꝰ. xxiiij. q. j. ¶ Scđa regła est ꝙ vbicūqꝫ aliqđ pctm̄ habet aliquā q̄litatē illa q̄litas aggrauat pctm̄: vt pctm̄ q̄lificatū dicat̃ maiꝰ altero. ista regła tradit̃ per abbatē in. c. at si clerici. in pn. ante. §. de adulterijs, de iudicijs dando intellectū ad. c. ad nō ab hoie. c. lj. ꝛ sic poterit cōsiderare cōfessor qualē ꝛ q̄ntā pn̄iam debet iponere penitenti ex cōmissiōe pcti grauioris vel leuioris ꝓm dictas regulas sic debet facere bonꝰ index: q2 ex impositiōe pene a iure inflicte vł ex q̄litate aggrauāte delictū vel crimē iponet index penā corpalē grauiorē vł leuiorē ꝓ crimine vt in dictꝫ iuribꝰ ꝛ in. l. aut facta. ff. de penis. ꝛ in. c. nouimꝰ de verbo. signi. ꝛ in. c. j. de homicidio. ꝛ in. c. pro hūani. de homicidio. li. vj. ꝛ i. c. mulier. xv. q. j. de muliere q̄ permisit se cognosci ab animali bruto. Jacobꝰ doctor.

¶ Vicesima q̄rta q̄stio est in ordie tabule q̄ est satisfactio pnie q̄ ꝓprie dr̄ opis satisfactio; ꝛ circa istā partē format̃ tm̄ vna q̄stio. s. vtrū possit fieri satisfactio pnie per opera q̄ fiūt in mortali pctō. ¶ Et primo arguit̃ ꝛ videt̃ ꝙ sic: q2 aliq̄ sūt opa q̄ nō sunt satisfactoria nisi in virtute meriti xp̄i: sed illa nō sunt opa facta in charitate: q2 etiā si filiꝰ dei nunq̄ fuisset incarnatus nec incarnādus tm̄ opa facta in charitate essent satisfactoria non in meriti christi virtute. ¶ Itē totū bonū opus est meritoriū in virtute bone intētionis p quā fuit inchoatū ergo similiter si hō inchoet satisfactiōez in charitate ꝛ peccet mortaliter ante ꝯplemētū in ꝟtute pncipij totū residuū erit satisfactoriū. Itē deꝰ ꝓnior est ad miserādū q̄ ad cōdēnādū. sꝫ nullū malū deus relinq̄t ipunitū: ergo nec aliqđ bonū irremūeratū: sꝫ opa facta in pcō mortali nō sunt meritoria vite eterne: g̃ ne sint irremūerata oportet ꝙ sint satisfactoria ꝓ pena đbita culpe. ¶ Sed in ꝯtrariū arguit̃ nā apłs. j. cori. xiij. c. dicit. Si distribuero in cibos paupuz oēs facultates meas: ꝛ si tradidero corpꝰ meū ita vt ardeā: charitatē aūt nō habuero nihil mihi prodest. Itē virtꝰ satisfactiōis est operire pctorū multitudinē: sꝫ hoc est ꝓpriū charitatꝭ. vt. j. petri. iiij. c. Charitas opit multitudinez pctoꝝ. ergo nullū opꝰ extra charitatē est satisfactoriū. ¶ Ad p̄dictā q̄stiōez dicēdū est ꝙ nō pōt fieri satisfactio per opa q̄ fiūt in mortali pcō. deꝰ eni cū bonoꝝ meoꝝ nō egeat opa hois nō acceptat tanq̄ remuneratione digna: nec tanq̄ satisfactoria: nisi acceptet opantē. vñ. Gen̄. iiij. c. priꝰ dr̄. Respexit dn̄s ad abel. ꝛ post subiūgit̃ ꝛ ad mūera eiꝰ. sꝫ nō acceptat hoiem existētē in pcō mortali; q2 in illo statu est inimicꝰ dei. vt dicit tex. i. c. sunt plures. de pe. di. iij. ibi dū dicit tex. scio deū inimicū criminoso. ꝛ ibi Host. cū dei est dū offēdit pseuerāter. ergo opa existētis in mortali pcō nō sunt deo accepta tāq̄ satisfactoria. sꝫ sine illa acceptatōi satisfactoria eē nō pn̄t. ¶ Ad p̄mū oppositū dicēdū est ꝙ opa facta ī charitate nō sunt satisfactoria nisi in ꝟtute meriti xp̄i: in q̄ntū ex eterna ordinatiōe diuia habere nō possumꝰ charitatē per quā remittunt̃ pcā sine ꝟtute meriti illiꝰ. ¶ Ad scđz dicēdū est ꝙ opꝰ inchoatū in bona intētiōe meritoriū in virtute illiꝰ: nisi interrūpat̃ per actū ꝯtrariū: ita vt

xxiiij. questio.

illud qđ sequiꝛ nõ cõtinueꝛ ad intẽtionẽ ꝑmã: nec ẽm actũ nec ẽm habitũ facta aũt tali interruptiõe illđ qđ sequereꝛ actũ cõtrariũ nõ esse meritoriũ in virtute ꝑme intẽtiõis. Satisfactio aũt inchoata in charitate per pcĩm mortale interrũpiꝛ. ita ꝙ illa opa q̃ sequunꝛ nõ ꝯtinuanꝛ ad primã radicẽ

¶ Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ deꝰ nullũ bonũ relinq̃t irremuneratũ quin aliquo modo remuneret. vnde q̃uis opa facta ĩ mortali pcõ nõ remuneranꝛ q̃ntũ ad remissionẽ seu dimissionẽ pene debite pcõ ẽm iusticiã legis diuine. tñ remuneranꝛ: vlquo ad tẽporalia vel in q̃ntũ disponũt ad inclinãdũ aures diuine mĩe ad opantẽ. Hec tñ remuneratio nõ est ex debito ex liberalitate diuine mĩe ẽm Richar. in. iiij. sen. xv. di. Est sic Richar in cõclusiõe tenet ꝙ nõ põt fieri satisfactio ꝑ opa facta in pcõ mortali. idẽ etiã tenet scũs Tho. ea. di. xv. dicẽs ꝙ cum per satisfactionẽ tolli debeat offensa precedẽs: oportet ꝙ talis sit modꝰ satisfactiõis qui cõpetat ad tollẽdũ offensaꝫ. Offense autem ablatio est amicitie restitutio. et ideo si aliquid sit ꝙ amicitie restitutionem impediat etiam apud hominees satisfactio non potest esse. cum ergo quolibet peccatum amiciciam charitatis impediat que est hoĩs ad deũ: impossibile est ꝙ homo de vno pcõ satisfaciat alio pcõ retẽto: sicͭ nec hõ satisfaceret q̃ pro alapa sibi data se ei ꝓsterneret ⁊ aliã sibi daret. Hoc tñ addit idẽ. s. Tho. ea. di. ꝙ aliq̃ satisfactiões sunt ex q̃bꝰ manet aliq̃s effectꝰ satisfaciẽtibꝰ: etiã postq̃ actꝰ satisfactiõis trãsit: sic de ieiunio manet corꝑis debilitatio: ex elemosinis largitis diminutio substãtie: ⁊ sic de similibꝰ. Et tales satisfactiões in pcĩs facte nõ oportet ꝙ iterẽtur si satisfaciẽs iã penituit: q᷑ q̃ntũ ad id qđ de illis satisfactiõibꝰ manet per penitẽtiã deo accepte sunt. Satisfactiões aũt q̃ nõ reliquũt effectũ in satisfaciẽte postq̃ actꝰ trãsit: oportet ꝙ iterenꝛ sic est de oꝛone ⁊ similibꝰ. Actꝰ aũt interior q᷑ totaliter trãsit nullo modo viuificaꝛ ꝑ pñiam seq̃ntẽ: ꝫ oportet ꝙ itereꝛ. Et sic ẽm ꝑdictos doctores cõcludiꝛ ꝙ opa facta in pcõ mortali nõ sunt satisfactoria: ⁊ hoc ꝓbatur expresse per. c. in grauibꝰ. iij. q. vij. ⁊ clarius. per. c. sic aplus. j. q. j. ⁊ hoc tenet archi. secũdum Raymũdum ⁊ alios sup glo. fi. in fine. in. §. vltimo. de peni. di. iij. ꝙ verũ est si satisfaciẽs manet in pcõ: ⁊ etiã si peniteat si nullus effectꝰ manet in satisfaciẽte postq̃ actꝰ trãsit ẽm ꝑdictũ scĩm Tho. ⁊ sic qui vult securꝰ esse faciat satisfactionẽ pro pcĩs de quibus peniter existens in charitate ⁊ non in peccato nec in affectu peccandi. Et ex hĳs elicio tertiam conclusionem videlicet.

Tertia conclusio.

¶ Per opera in mortali facta non fit satisfactio de peccatis. Et sic per dei gratiam sum expeditus de prima parte huius tractatus que est de penitentia: ⁊ de partibus penitẽtie.

Sequitur secũda pars huius tractatus. s. de actibus penitentium.

¶ In qua secunda parte continentur questiones sequentes.

¶ Prima qualiter debet esse dispositus qui vult confiteri.

¶ Scda q̄stio ē q̄s act⁹ d̄bet facere q̇libet penitēs ad agēdū p̄fectā pniam

¶ Tertia q̄stio est q̇bus tenenẗ cōfiteri oēs volētes agere pniam cuiuscūq̧ stat⁹: grad⁹: cōditionis: qualitatis: p̄minētie ⁊ dignitatis fuerint.

¶ Quarta questio est quomodo debet agi penitentia vera.

¶ Quinta questio est quibus modis cōmittitur peccatū.

¶ Sexta questio est qualiter cognoscitur quis est vere penitens.

¶ Septima questio est de modo eligēdi confessorē ⁊ q̄uo debet esse dispositus penitēs tēpore q̇ eligit sacerdotē vel cōfessorem.

¶ Octaua q̄stio est qualis ⁊ quātus est ignis purgatorij vel inferni.

¶ Nona q̄stio est q̄liter se debz h̄re penitēs in vita sua post pactā pniam.

¶ Decia q̄o ē an votū mulierꝫ emissuz absq̧ cōsensu mariti sit adimplēdū

¶ Undecima q̄stio est quot sunt ieiunia legittima.

¶ Duodecima q̄stio est vsq̧ ad quā horā ieiunādū est in quadragesima.

¶ Xiij. q̄stio est quibus vicibus in anno sit cōmunicādum.

¶ Xiiij. q̄stio est q̇b⁹ dieb⁹ ante cōmunionē vł post sit abstinēdū ab vxore.

¶ Xv. q̄stio est a quo tēpore incipit ieiunū penitētis vel alteri⁹ in .iiij. vel vj. feria: vel in alijs diebus in quibus ieiunatur.

¶ Xvj. q̄stio est i quo tp̄e debz penitēs remissionē vł indulgētiaꝫ accipere

¶ Xvij. q̄stio est ad quid prodest scire canones penitētiales.

¶ Xviij. q̄stio est an canones dicētes maritū nō debere accedere ad vxorē diebus festiuis vel ieiunij loquātur de cōsilio.

Xix. q̄stio est an canones dicētes maritum nō debere accedere ad vxorem tribus diebus ante vel post cōmunionē loquātur de cōsilio.

¶ Xx. q̄stio est an canones dicētes cōicantem non debere comedere vsq̧ ad tertiam horam post cōmunionē loquātur de consilio.

¶ Prima q̄stio est in qua querebaẗ q̄liter debet esse disposit⁹ q̇ vult cōfiteri iuxta q̄ꝺ q̄ritur si volēs cōfiteri excōicat⁹ maiori vel minori excōicatione an excōicatiōe manēte possit absolui a pctis. Et ad istā q̄stionē breuiter dicendū q̄ꝺ siue iste excōicat⁹ sit iuste vel iniuste dū tamē teneat excōicatio: siue stet per eū q̄ꝺ nō est ab excōicatiōe absolut⁹ siue nō: nō potest a sacerdote absolui a pctis suis excōicatiōe manēte per .c. q̇cūq̧ .q. j. xxiiij. q. j. q̄ꝺ manifestū est de illo qui iuste est excoicat⁹ ⁊ stat per eū q̄ꝺ ab excōicatione nō absoluaẗ: q꞉ talis actus est in pcto mortali: de quo nō penitet q꞉ sniam ecclie cōtemnit. De illo aūt q̇ est excōicat⁹ iniuste: sed per eū nō stat ꝙ non absoluiẗ nō est ita clarū q꞉ predictū decretū. xxiiij. q. j. quicūq̧. loq̇tur de illis qui ab vnitate fidei vel societate petri semetip̄os segregauerīt: qui aūt iniuste excōicat⁹ est ⁊ facit posse suū vt absoluaẗ: semetip̄m nō segregat. tamen dicit Richard⁹. q̄ꝺ credit ꝙ tales a pctis nō possunt absolui ab hoie: quāuis absoluantur. si vero penitent in iudicio dei. ⁊ dicit ꝙ decre. ex consuetudie q̇ est optima legū interpres sic obseruat vt tales nō absoluanẗ: q꞉ Pria q̄st i.

presumēdū est vt in pluribꝰ qđ iuste excōicati fuerit: ꝛ ꝙ nisi p̄ eos staret ab
excōicatiōe absoluerent: nisi interduz teneant in excōicatiōe p̄ lōguz tp̄us
ad eiusꝰ puniēduz aliqđ grāde scelꝰ pro q̄ fuit excōicatꝰ. Cuz g̃ sacerdos ab
soluit in foro penitētiali aliquē. p̄mo debet ponere absolutionē ab excōica
tione ꝙ a pc̄tis. Cuz excōicatꝰ etiā minori excōicatiōe nō possit absolui a
pc̄tis illa excōicatiōe manēte qꝛ vt habet extra de cleri. excōica. nimis. si ce
lebrat talis pceptiōe sacramētoꝝ p̄uatꝰ est f̄m Richar. in. iiij. sen. di. xviij.
Scđa q̄stio. ¶ Scđa q̄stio est q̄s actꝰ debet facere q̄libet penitēs ad agēdā pfectā peni
tētiā q̄ diuiditur in duas ptes p̄ncipales. In p̄ma tractat q̄ debet ꝯsiderare
pc̄toꝛ in se q̄ inducāt euz ad veraz ꝯtritiōez. In scđa ꝯtinent. xij. actꝰ q̄s vt
Prima ps huius secunde q̄stionis. dixi debet agere q̄libet penitēs. ¶ Prima ps ꝙ pc̄toꝛ ꝯsideret illa q̄ indu-
cunt ꝯtritiōez ꝛ sunt ista. Primū est cogitatio cōmissoꝝ. ezech. xxxviij. Re
cogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Scđm est pudoꝛ
de pc̄tis cōmissis. Nauz. iij. reuelabo pudēda tua in facie tua. Tertiuz est
detestatio pc̄ti ꝑpter cuiꝰ vtilitatē pc̄toꝛ vtilis factꝰ ē ꝛ abiectꝰ: qꝛ q̄ peccat
nihil est: cuz pc̄tm ducat ad nō esse: nā pc̄tm nihil est. vt. j. di. ij. §. fi. Quar-
tuz est timoꝛ de die iudicij. vt sup̄. l. d. c. q̄d est hoc. Quintuz est timoꝛ gehē
ne pene. ad ro. vj. stipēdia pc̄ti mors. Sextuz est doloꝛ de amissiōe p̄rie cele
stis. apoca. iij. tene qđ habes ne aliꝰ coronā tuā accipiat. Septimuz est do
loꝛ de offensa creatoris. Octauū est triplex spes. s. venie q̄ pc̄tm remittit:
Primus actus. grē q̄ bene opatur: glīe q̄ remunerat. vt in. c. serpēs. ꝛ in. c. multiplex. sup̄ ea.
di. f̄m Host. in sum. iu eo. ti. ¶ Primꝰ actꝰ est: ꝙ penitēs post istas cōside
ratiōes disponat se ad grām cōtritionis faciēdo oīa bona opa q̄ poterit
vt deꝰ infundat sibi grāz ꝛ cōtritiōez ꝛ fidē ꝛ charitatē per q̄ veraz penitēti
am agat. nā hō quādiu est in hac vita pōt facere qđ in se est vt sibi detur a deo
vera penitētia ꝛ oīa faciēti in se est: deꝰ dat penitētiā verāz alr̄ enim nō pul-
saret hoīez vt faceret ꝙ in se ē. vt dr̄ apo. iij. ego sto ad hostiū ꝛ pulso. f̄m ri
char. in iiij. sen. di. xv. ꝛ etiā vt de cōgruo se disponat ad grām vt deꝰ incli-
net coꝛ eiꝰ ad verāz pniāz ꝛ obtineat grām remissiōis cōfiteat pluribꝰ sacer-
dotibꝰ. ꝛ ita se disponat f̄z eūdē richar. e. li. xviij. di. nā q̄nto aliq̄s plura bo-
na facit in pc̄to exn̄s tāto magꝭ ad grāz cōtritiōis disponitur: qꝛ inter alia bo
na q̄ faciūt opa facta in mortali pc̄to est istud. s. qđ disponunt ad grāz. f̄m
Secūdus actus. s. tho. p̄dicta. di. xv. ꝛ est tex. in. c. falsas in fi. j. di. v. ¶ Scđs actꝰ ē: ꝙ peni-
tēs oret ad deū ꝓ magna ꝯtritiōe habēda vt dicit Inno. c. oīs. sup̄ alr̄. ꝛ la
boret vt habeat cōtritionē maioꝛē quā hr̄e poterit dolēdo de pc̄tis cōmis-
sis q̄nto magꝭ poterit vel saltē dolēdo qꝛ tm̄ q̄ntuz debet nō pōt dolere: et
ex fide opante p̄ dilectiōez doleat vt in. c. si apl̄s. in fi. j. di. iij. et solū doleat
ꝑpter hoc ꝙ deuz offendit ꝛ sic ex charitate lz modica: qꝛ si plus hr̄e nō pt
illa sufficit ad vitā eternā habēdā. vt no. glo. in. §. h̄ q̄ de charitate. j. d. ij. p̄
tex. in. c. tal. j. di. iij. nā tādiu aliq̄s vere penitet: q̄diu ex charitate penitet.
f̄m. gl. sūme. sup̄ pte de pnia. j. di. iij. alr̄. si penitet solū vt euitet mala tp̄a
lia nō vere pēitet. vt no. gl. in. d. c. tal. ꝛ hēat votuz ꝛ ꝑpositūz ꝯfitēdi sacer

doti. nã sine isto voto ⁊ ꝓposito nõ est ꝯtritio ſm archi. in. c. ꝑfecta. j. di. iij cõiter orãs vt sup̄. ⁊ post sic cõtrit⁹ cũ isto dolore ⁊ ꝯtritiõe ipe se iudicet et dãnet ad aliquã penã quã exposcat sibi impõi vt in. c. iudicet. j. ea. di. ⁊ no. archi. in. c. porro. sup̄. ea. di. Et sup oĩa q̇ vult ꝟe penitere affectuʒ peccãdi deponat ⁊ a se totaliter abscidat: ita ꝙ ꝓponat vlteri⁹ nõ peccare. nã h̄ est ꝑncipaliter qđ facit verã penitẽtiã. vt no. gl. in. c. penitẽtiã. sup pre dissi. ⁊ ẽ tex. cũ gl. i. §. ſʒ ꝟba. j. di. iij. ⁊ istud ẽ ꝙ ꝑncipalit̃ reqrit̃ in ꝯtritiõe: ꝙ sit in ꝓposito vlteri⁹ nõ peccãdi. vt i. c. nõ pt. sup̄ ea. di. ⁊ i. c. pniaʒ. ⁊ i. c. ille pniaʒ ⁊. i. c. penitẽtes. cũ capl. seq̄. j. di. iij. ſm. Jo. an. in. d. c. oĩs. ¶ iij. act⁹ est: ꝙ penitẽs faciat se absolui añ oĩa a q̄cũqȝ excõicatiõe maiori ⁊ minori iuris vl' hominis ab illo q̇ põt absoluere cũ añ h̄ nõ possit absolui a pctĩs excõicatiõe manẽte vt dictũ est sup̄ in. v. q̄sito circa ꝯfessiõeʒ: ⁊ scrutet̃ casus in q̇o⁹ q̇s incurrit excõicatiõeʒ ipo iur̃. q̇s ponit ⁊ tãgit gl. in cle. j. đ sen. excõ. ⁊ vidat an sit ligat⁹ sñia excõicatiõis a iure vl' a statuto vl' ab hoie in aliq̇ casu ⁊ a q̄libet excõicatiõe faciat spãliter se absolui: ⁊ absoluat̃ etiã a pcõ ꝓ q̇ excõicat⁹ fuit ħita ꝯtritiõe ⁊ cõfessiõe de eo vt in. c. nemo ꝯtẽnat. xj. q. iij. ⁊ laboret penitẽs esse in vnitate ecclie. ita ꝙ nõ sit ꝑ aliquã culpã ab ecclia diuisus: q̄ nisi vnitas ecclie succurrat nisi ꝙ deest pctori sua opatiõe ꝯpleat̃ de manib⁹ inimici nõ eripiet̃ aĩa mortui. vt in. c. j. j. di. vj. ¶ Quart⁹ act⁹ ẽ. ꝙ penitẽs fcã p̄dicta absolutiõe ⁊ incorporatiõe ⁊ ħita ꝯtritiõe votũ ꝯfessiõis qđ habuit in corde ponat in opꝰ: ⁊ statiʒ studiose reqrat sacerdotẽ meliorẽ quẽ ħre poterit: ⁊ ab ecclia nõ diuisuʒ. vt in. d. c. i. j. di. vj. ver. ideoqȝ. ⁊ p̄cipue q̄rat sacerdotẽ habẽtẽ claues ptãtis ⁊ discretiõis ⁊ sciẽtie habẽtẽ vsuʒ clauiũ hoc est nõ hereticũ: nec scismaticũ: nec excõicatuʒ nec suspẽsum: nec fornicatorẽ notoriuʒ notorietate facti vt sup̄: ⁊ si sacerdotẽ ħre nõ põt ⁊ instat aliqđ ꝑiculũ ꝯfiteat̃ ꝓximo laico vt sit magis dign⁹ venia vt in. c. quẽ penitet. j. ea. di. ibi tãta itaqȝ. ⁊ si tale ꝑiculũ instat ꝙ tm̃ spaciũ non habet vt q̄ timet obmutescere: petat penitẽtiam ⁊ recõciliationeʒ ⁊ reqrat ꝙ vocet̃ ad hoc sacerdos: ⁊ si sacerdos veniẽs inueniat eũ iã nõ valẽtẽ ꝯfiteri poterit ei pniaʒ ⁊ recõciliatiõeʒ ⁊ cõionẽ dare si astãtes ꝑhibẽt testimoniũ de p̄dictĩs vt in. c. is q̇. ⁊ in. c. si q̇s. xxvj. q. vj. ¶ Quint⁹ act⁹ ẽ. ꝙ penitẽs ꝯfiteat̃ sacerdoti sic electo oĩa pcã sua stãs ħũiliat⁹ flexis genib⁹ ⁊ iũctĩs manib⁹ et capite iclinato ⁊ ore mõstrato corã sacerdote si mascul⁹ est vt dictũ fuit sup in effectib⁹ cõfessiõis ⁊ ꝑ. c. si achab. in fi. j. di. iij. ⁊ ꝑ. c. quẽ penitet. j. ea. di. ibi ora mõstrãte. ⁊ ponat se in iudicio sacerdotĩs parat⁹ facere ad mãdatũ ei⁹ imortal' futur⁹ q̇cq̇d faceret ꝓ differẽda morte moritur⁹. vt in. c. ꝯside. j. di. v. ⁊. sit pat⁹ suscipe ⁊ iplere magnã pniaʒ si sibi iposita fuerit vt ibi ⁊ in. c. iudicet. al'. q̄ de nullo pcõ siue ꝑuo siue magno põt plene sine pniã q̇s purgari. vt in. c. null⁹ đbite. sup̄. e. di. ⁊ recõmẽdet se in orõnib⁹ ipi⁹ sacerdotĩs: ⁊ petat ꝙ dispẽset cũ eo in aliq̇ q̄ntitate moderate claue discretiõis nõ errãte vt in. d. c. quẽ penitet. ⁊ dictũ fuit sup̄ in q̇nto circa cõfessionẽ. ¶ Sext⁹ act⁹ est: ꝙ penitẽs deuote suscipiat penitẽtiã sibi iniũctã ⁊ impleat eã antea

Tertius actus.

Quartus actus.

Quintus actus.

Sextus actus. ꝙ peccet vel habeat affectū peccādi mortaliter: q̄ꝛ vt sup̄ dictū fuit nō pōt
fieri satisfactio per opa facta in mortali pctō ⁊ impleat totā pniaz: q̄ꝛ per to
tuz tēp⁹ pnie ⁊ nō ante remittit̄ pctm̄ quo ad penā vt no. glo. i. § ecōtra in
fi. j. ca. di. vnū tn̄ est ꝙ per mortē vl' aliud ipedimētuz q̄s nō implet pniaz:
nullam penā ꝓpter hoc in alia vita patiet̄ s̄m pe. ⁊ archi. in. c. talis. j. di. iij.
Et si penitēs religiōez intrat: nulla pnia est ei inponēda ꝓ pctīs vt no. glo.
in. §. his auctoritatib⁹. j. ea. di. per. c. admonere. xxxiij. q. ij. Et sup oia resti
stituat penitēs oia aliena iniuste ablata alias nō verā s; simulataz pniam
ageret vt in. c. si res. xiiij. q. vj. ⁊ in. c. falsas. ⁊ in. c. frēs. di. v. ⁊ imposita ⁊ su
scepta pnia ⁊ nō ante fiat absolutio p sacerdotē vt no. glo. in cle. dudum de
sepul. sup parte audire. et dictū fuit sup̄ in septio q̄sito. in ver. si vero pctōr.
Septim⁹ actus. ¶ Septim⁹ act⁹ est ꝙ penitēs vt citi⁹ ipetret veniā ⁊ totaliter d'leat penā
tpalē debitā ꝓ pctīs plurib⁹ ⁊ pluries obseruata reuerētia debita sacramē
to. s. cū nouo motu deuotiōis ⁊ cū noua erubescētia respectu eiusdē pctī. vt
dictū est supra in. vj. effectu cōfessiōis: cōfiteat̄ pctā iā cōfessa. ⁊ per hoc to
ties posset cōfiteri ꝙ ab oīni pena liberaret̄ s̄m san. Tho. ⁊ Richar. vt ibi
Octauus actus. dictū fuit. ¶ Octau⁹ act⁹ est: ꝙ penitēs ꝯtinue teneat i memoria pctā iā cō
fessa ad cōtinue ea flēdū. vt in. c. nō tibi dico. in fi. ⁊ in. c. nūc aūt si recorde
ris. j. ea. di. q̄ꝛ recte penitēs quicq̄d sordis est purificationē ꝯtraxit: oꝫ ab
luere saltē lachrimis mētis: et etiā si poterit lachrymis corporis. naz satis
durus est cui⁹ mētis dolorē oculi carnis nequeūt declarare: et sciat se cul
pabiliter durū qui deflet dāna tpis mortē amici: ⁊ dolorē pctī nō ostendit
in lachrymis: vt dicit tex. in. c. sunt plures. in fi. j. di. iij. et ita cuz lachrimis
vl' cū dolore mētis h̄eat ꝯtinue memoriā delictoꝝ: q̄ꝛ nullū iuenit̄ delictorū
tale remediū sic̄ eoꝝ cōtinua memoria: vt in. c. iudas. in fi. di. iiij. ⁊ sepet se
a negotijs q̄ nō potest exercere sine pctō ⁊ q̄dcunq; odium ⁊ rancorem di
mittat ⁊ vigilijs ⁊ orationibus vacet vt in. c. falsas. et in. c. fratres. j. di. v.
⁊ in. cap. sunt qui arbitrantur supra ca. di.
Nonus actus. ¶ Non⁹ act⁹ est: ꝙ penitēs p̄dictis obseruatis pro peccatis cōfessis redi
mēdis elemosinas faciat vt in. c. medicina. ⁊. c. medicamētuz. j. ea. di. ⁊. c. sa
ne cauēduz. j. di. iij. ⁊ oratiōibus ⁊ ieiunijs insistat: nā nō sufficit cōfiteri ⁊
mores in meli⁹ cūmutare ⁊ a pctīs malis recedere nisi etiā de his q̄ facta
sunt satisfaciat dn̄o p pnie lamēta vl' dolorē vel p hūilitatis gemitū p ꝯtriti
cordis sacrificiū cooperātib⁹ elemosinis ⁊ ieiunijs. vt i. c. nō sufficit. j. ea. di.
⁊ tūc manet spūssctūs i eoq̄; elemosinis orōnib⁹ ieiunijs ceterisq; fructib⁹
Decimus actus. spūs insistere ꝯsiderat. vt. i. c. q̄rēduz. j. di. ij. in fi. ¶ X. act⁹ est: ꝙ penitēs q̄li
bet anno cōfiteat̄ oia pctā sua ꝓprio sacerdoti. vt in. c. oīs vtriusq; sex⁹ vel
frī p̄dicatoꝝ vl' minoꝝ electo s̄m formā cle. dudū. de sepul. ⁊ i pascha reuerē
ter eucharistie sacr̄m suscipiat vt i dicto. c. oīs. ⁊ hoc ad mīn⁹ nā si potuerit
meli⁹ erit ꝙ ter in an̄o cōicet. s. in pascha ⁊ pēthecostē ⁊ natale dn̄i vt in. c.
⁊ si nō freq̄nti⁹. de ꝯse. di. ij. si mēs i affectu peccādi nō sit: nā h̄ntes volūta
tē peccādi magis g̃uāt̄ eucharistie ꝑceptiōe q̄ purificāt̄ vt i. c. q̄tidie. ea. di.

¶ Xi. actus est ꝙ p̄dict⁹ penitēs postq̄ p̄dicta obſuauerit lucret̄ ⁊ acq̄rat oēs indulgētias quas poterit acq̄rere ⁊ lucrari implēdo illa q̄ impleri de-bēt pro eis acq̄rēdis ⁊ lucrādis ⁊ sic poterit acq̄rere ⁊ lucrari idulgētias cō cessas in cle. vnica. de reli. ⁊ vene. scō. ⁊ alias similes nā licet glo. dicte cle. super ꝑte cōcessiōis. dicat q̄s est vere penitēs ad lucrādū veras indulgēti-as ⁊ laudabim⁹. tñ nō est dubiū ꝙ penitēs q̄ obseruauit sup̄dicta vere pe-nitēs est ⁊ illas ⁊ alias similes, indulgētias lucrari poterit. nā hoc p̄cipue facit aliquē vere penitentē. s. p̄terita pcc̄a plāgere ⁊ ꝓpositū nō cōmittēdi alia pcc̄a habere ⁊ ꝙ nō negligat satisfacere. vt no. glo. in dicto. §. sed v̄ba ⁊ tex. i. §. siue āt. ⁊ i. c. iter hec ⁊ in. c. iudas. cū c. seq̄. ⁊ tex. cū gl. sup ꝑte dissi-mulat. in. c. pniāz quippe agere. i. di. iij. debet ergo dict⁹ penitēs lucrari in dulgētias q̄s poterit vel ad releuatiōez iniūcte pnie vel ad solutionē supabū dātis pnie. nā tāto tēpore in purgatorio a pena releuabit̄ in q̄nto tēpore fu erit sibi fcā idulgētia: s; ea q̄ norā. p gl. ⁊ inno. ⁊ io. an. i. c. ꝙ āt. de pe. ⁊ re. — Undecimus actus.

¶ Duodecim⁹ act⁹ est: ꝙ p̄dict⁹ penitēs sic purgat⁹ imaculatū se custodiat ne ad sordes redeat mūd⁹ vt in. c. q̄ admissa. i. di. iij. ⁊ ne sit canis reuersus ad vomitū: ⁊ sus lota in volutabro luti. vt in. c. sunt q̄ dicūt. ⁊ i. c. irrisor. ea. di. ⁊ p̄maxime hoc debet facere. s. se imaculatū custodire ⁊ inocētiā ⁊ mūdi ciā quā habet seruare: q: facili⁹ est alicui seruare inocētiā q̄ postea cōgruā agere pniāz. vt in. c. reperiunt̄. in fi. i. di. iij. ⁊ habeat in mēte illō eccliasti. v. Lauī pedes meos q̄uo inq̄nabo illos post sic mūdat⁹ ad vlteriora semp tēdat ne retro ad ea q̄ reliq̄t flectatur vt in. c. pnia. i. di. ij. q: magna est cō-tra pccm virt⁹ pnie. cū hoc tñ ꝙ penitēs in eadē pnia ꝑseueret vt in p̄dicto c. sunt q̄ dicūt. in fi. i. di. iij. ⁊ hoc opat̄ p̄dicta vera pnia ꝙ ad baptismū pu-ri conat̄ ducere penitētie vt in. c. sunt plures. in fi. di. iij. His obseruat: po-terit penitēs esse cert⁹ de remissione pcti certitudine probabilis cōiecture: tūc autē est ꝓbabilis cōiectura: q̄n hō fecit ꝙ in se est dolēdo cōfitēdo satis faciēdo ⁊ ꝓpositū cauēdi habēdo. ⁊ q: si p̄dicta obseruant̄ vera pnia est ⁊ nūq̄ caret pctoꝝ remissiōe vt in. c. adhuc instat. i. di. iij. ibi cū dicit tex. deus semꝑ p̄sto est pcc̄a destruere sed si vera pnia aliq̄n careret pcti remissiōe de-us nō esset semꝑ p̄sto pcc̄a destruere q: hō per verā pniāz q̄ntū in se est re-mouet a se oēm ꝙ resistit destructiōi pcti s̄m richar. in. iiij. sen. di. xiiij. ⁊ q̄ ita vt dictū est veraciter egerit pniāz ⁊ solut⁹ fuerit a ligamento q̄ erat ob-strict⁹ ⁊ a xp̄i corꝑe separat⁹ ⁊ bñ post pniam vixerit sic ante pniāz viuere debuit post recōciliationē q̄ncūq; defunct⁹ fuerit ad deū vadit ad regē va-dit regno dei nō p̄uabit̄ a ꝑp̄lo diaboli separabit̄: vt dicit augusti. c. ij. c. q̄ egerit. i. di. vij. Et ex p̄dictis elicio quartā cōclusionē videlicet. — Duodecimus actus

Quarta conclusio.

¶ Quāq̄ difficile reputet̄ verumpeniten tem inuenire: is tamen ex paucis cōfitetur ⁊ remissione viuens: ⁊ requie defunctus nō caret.

Expedit⁹ de p̄ma ⁊ scd̄a q̄stione secūde partis huius tractatus. s. qua liter debet esse disposit⁹ q̄ vult cōfiteri ⁊ q̄s act⁹ debet facere q̄liber

Tertia.q̄o. penitēs ad agendum perfectā penitētiam. ¶ Sequitur tertia questio p̄n-
cipalis.s.quib⁹ tenētur ꝯfiteri om̄es volētes agere penitētiā cuiuscūq₃ sta-
tus grad⁹:cōditiōis:q̄litatis:p̄eminētie:dignitatꝫ fuerint.⁊ de peccatꝫ isto-
rum omniū in qua tertia q̄stione cōtinētur.xxxj.q.
Prima q̄stio est:cui papa debet confiteri.
Secunda questio est cui debēt confiteri cardinales.
Tertia questio est:cui debēt cōfiteri capellani ⁊ curiales ⁊ familiares pape
⁊ vnde habuit ortum istud nomē capellanus.
Quarta questio est:cui debet cōfiteri patriarcha.
Quita q̄o ē:cui deb₃ ꝯfiteri archiep̄s ⁊ vtrū archiep̄s p̄t vna hora eē ī pcō.
Sexta q̄stio ē:cui deb₃ ꝯfiteri ep̄s ⁊ a q̇b⁹ ep̄i abstinere dibēt ⁊ de q̇b⁹ eos
oportet ꝯfiteri ⁊ q̄ sunt.xlvij.pcā ep̄oꝝ de q̇b⁹ tenētur agere penitētiā.
Septima q̄stio est:cui deb₃ ꝯfiteri abbas ⁊ de pct̄is abbatū q̄ sunt.xviij.
Octaua q̄stio est: cui debēt cōfiteri monachus ⁊ moniales ⁊ de pcīs mo-
nachoꝝ q̄ sunt duodecim ⁊ in aliq̇bus eorū peccāt moniales.
Nona questio est:cui debēt ꝯfiteri decani ⁊ de pcīs decanoruꝫ q̄ sunt tre-
decim ibi cū dicitur cui debet cōfiteri decanus.
X.q̄stio est:cui dīt ꝯfiteri archidiaconi ⁊ de pcīs archidiaconoꝝ q̄ sūt.ix.
Xj.q̄stio est:cui debet cōfiteri archipresbyter ⁊ de pcīs archi p̄sbyteroꝝ q̄
sunt.ix.in q̇bus peccare possunt archipresbyteri ciuitatis ⁊ sunt quinq₃
in q̇bus peccare possunt archipresbyteri rurales.
Xij.questio est:cui debet cōfiteri prepositus prior.
Xiij.q̄stio est:cui debet ꝯfiteri sacrista vel thesaurari⁹ ⁊ de pcīs sacriste et
thesaurarij ⁊ sunt.v.in q̇bus peccāt vel peccare possunt.
Xiiij.q̄o est:cui d₃ ꝯfiteri magr̄ scolarū ⁊ de pcīs magr̄i scolaꝝ.q̄ sunt.v.
Xv.q̄stio est:cui debēt ꝯfiteri scolares vel studētes.
Xvj.q̄stio est cui debet cōfiteri cātor ⁊ de pcīs cātoris q̄ sunt.iiij.
Xvij.q̄stio est:cui d₃ cōfiteri canonic⁹ ⁊ de pcīs canonicoꝝ q̄ sunt.vij.
Xviij.q̄stio est:cui debet cōfiteri doctor vel magister; ⁊ de pcīs doctorum
vel magistrorum q̄ sunt septem.
Xix.q̄stio est:cui debet cōfiteri aduocat⁹:⁊ de pcīs aduocatorum q̄ sunt.xj
⁊ qualiter de illis peccatis debent satisfacere.
Xx.questio est cui debent confiteri iuris consulti.
Xxj q̄stio est:cui debet cōfiteri presbyter parrochialis: ⁊ de pcīs presby-
teri parrochialis que sunt quatuordecim.
Xxij.q̄stio est:cui debet cōfiteri imp̄ator:⁊ de pcīs imp̄atoris q̄ sunt.ix.
Xxiij.q̄stio est:cui debet cōfiteri rex:⁊ de pcīs regis q̄ sunt.x.
Xxiiij.q̄stio est:cui debet cōfiteri dux:⁊ de pcīs ducis q̄ sunt tria.
Xxv.questio [illegible] fiteri marchio.
Xxvj.q̄o ē:cui d₃ ꝯfiteri simplex miles ⁊ de pcīs simplic̄ milit̄ q̄ sunt.vj.
Xxvij.q̄stio est cui debet ꝯfiteri mercator: ⁊ de pcīs mercatoꝝ q̄ sunt .ix.
Xxviij.q̄stio est:cui deb₃ ꝯfiteri rustic⁹ ⁊ de pcīs rusticoꝝ q̄ sunt.v.

Xxix. questio est: cui debet cõfiteri puer doli capax: ⁊ de peccatis puerorũ doli capacium que sunt quinqꝫ.

Xxx. questio est cui debent confiteri rustici alibi cõmorantes in hyeme vel estate cum pecoribus vel pecudibus suis.

Xxxi. q̃stio est: cui debẽt cõfiteri familiares archiepi̅ vel epi̅ vel aliorum.

¶ Et p̃mo fuit q̃situ̅ cui dꝫ ꝯfiteri papa nã supiorẽ nõ hꝫ imo i t̃ra tenet locũ dei viuẽtiũ. vt in. c. vnico. §. j. ver. porro. vt ecclesiastica bñficia. ⁊ i c. q̃nto de trãs. epoꝝ. nã papa peccare p̃t ⁊ g̃uiꝰ q̃ alij. vt i. c. si papa. xl. di. nã vt ibi dr̃ papa peccãs mltos p̃plos secũ trahit ad gehẽnã cũ diabolo apd̃ iferos flãmis ꝑpetuis cruciãdꝰ in eternũ ⁊ alioꝝ hoĩuꝫ causas deꝰ voluit per hoĩes terminari: sꝫ sedis istiꝰ presulẽ suo sine q̃stione reseruauit arbitrio solui beati petri ap̃li successores celo tm̃ debere innocẽtiã vt dicit tex. in. c. alioꝝ. ix q. iij. Et circa hoc dicas q̃ papa p̃õt sibi eligere cõfessorẽ q̃ntũcunqꝫ voluerit: nã. in cõtentiosa iurisdictiõe hoc receptũ est. vt. ff. de iuris. omĩ. iudi. l. est receptũ. ⁊. c. nos si incõpetenter. ij. q. vij. Et multo fortius in volũtaria iurisdictione se submittere debet cuilibet sacerdoti: q: q̃ntum ad hoc quilibet sacerdos catholicꝰ tenet locũ dei viuẽtis ⁊ loco dei potest absoluere penitẽtem. vt in. c. absit. xj. q. iij. Et sic etiã in foro penitẽtiali factus est papa minor ⁊ confessor maior. vt in predictis iuribus. Et hoc innuit Criso. xl. di. multi sacerdotes. ⁊. c. ne pro dilatiõe. de pe. ⁊ remissi. ẽm hostiẽsem. Prima questio.

¶ Scd̃o fuit q̃situ̅ cui debet confiteri cardinalis: nã isti si derelinq̃nt acriꝰ puniri debẽt cũ pape assistãt: nã q̃nto aliq̃s ẽ pape ⁊ deo ꝓximior tãto magis peccat vt de peni. di. v. c. cõsideret. ⁊ exẽplo luciferi. vt de penitẽ. di. ij. c. p̃ncipiũ. Et dicas q̃ cardinales ꝯfiteri debẽt pape ẽm q̃sdã. Sed dicẽduꝫ est: q̃ si cardinalis absens est causa legatiõis p̃õt eligere ꝯfessorẽ vt in p̃dicto. c. ne ꝓ dilatiõe. de peni. ⁊ remissi. Si p̃sens est: distinguẽdũ est inter pctm̃ publicũ: vt illud pape cõfiteaẽ. ⁊ inter occultũ vt illud sufficiat penitẽtiario pape cõfiteri. Alij dicũt q̃ in vtroqꝫ casu sufficiat penitẽtiario cõfiteri q̊ ad saluatiõeꝫ aĩe nõ quo ad dispẽsationẽ quã penitẽtiariꝰ facere nõ p̃õt nisi de speciali mãdato pape sicut curia tenet. ẽm hostiẽsem. Secunda questio.

¶ Tertio quesitum fuit cui debẽt confiteri capellani: ⁊ curiales ⁊ illi qui sunt de familia pape. Et dicẽdũ est: q̃ illi qui sunt cũ cardinalibus p̃nt de licẽtia dñi sui cõfiteri aliis: nã ip̃e dñs ip̃oꝝ curã haber de cõsuetudine curie. Sed dicẽdũ q̃ penitẽciario pape possunt oẽs sine aliqua licẽtia cõfiteri: vt dictũ est supra de carbinalibus. Tercia q̃o.

¶ Quarto fuit quesitũ cui debet cõfiteri patriarcha: breuiter dicẽduꝫ est q̃ epi̅ ⁊ superiores etiã nõ exẽpti: ⁊ inferiores epi̅s exempti in occultis peccatis ⁊ etiã in grauibus ⁊ publicis ⁊ leuibus regulariter possunt sibi eligere prouidũ ⁊ idoneum cõfessorem etiam sine superioris licẽtia vt in predicto. c. ne pro dilatiõe. licet aliqui illud capitulũ intelligãt in exemptis ⁊ remotis dicentes: q̃ illa dictio exẽptis determinat illud epi̅s ⁊ superiorbus sed istud non est de mente illorum verborum nec obstat illud q̃ dicitur in Quarta q̃.

principio decretalis:ne pro dilatiōe.ₓc. q: illa causa fuit impulsiua nō finalis sicut in.c.cum infirmitas. §.j.de peni.ₓ remissi. nā istud est speciale priuilegiū epōrū sicut illud de priuilegijs:ꝙ nōnullis. ₓ de senten. exco.quia periculosum.libro.vj.nā causa finalis est periculuꝫ animarū: ꝙ plerumqꝫ immo frequēter cuilibet epō imminet. nā vt euitenť multa pıcula pmittiť ipis epis ₓ superioribus ꝙ sibi possint eligere cōfessorē ₓ sic vnus alteruꝫ absoluere potest vt de sentē.exco.c.duobus. ₓ intelligas ꝙ talē debet sibi eligere cōfessorem ꝙ nō sit excomunicatus ₓ qui catholicus habeať: ₓ hoc seruato episcopis ₓ superioribus nō exemptis ₓ etiā inferioribus exēptis per speciale priuilegiū cōceditur eligere cōfessorem. scd̄m Hostiensem.

Attēde an habens potestatē eligendi cōfessorēꝫ possit eligere diuersos confessores.

¶ Sed nūquid potest epūs eligere diuersos cōfessores ₓ sepius variare. et certe nō immo consulo ꝙ hoc faciat qn̄ illius quē eligit non potest habere copiā: ₓ tunc potest alij in subsidiuꝫ cōfiteri scd̄m Hosti. Sed nunquid eo ipso ꝙ epūs cōfitetur videť illū in cōfessorē sibi eligere: ₓ non videť: nam in istis plus est standum intētioni mentis ꝙ̄ verbis.argu.ff.de legib⁹.vł de quib⁹.ₓ de maio.ₓ obedi.c.legebať. Et breuiter in oībus istis intentio cōsiderāda est.vt de p̄sby.nō bapti.c.j.ₓ.c.ij.de baptis.c.debitum scd̄m Hosti.

Attēde an archiepūs tenetur scire quis est cōfessor epi.ₓ si pōt cōpellere ipm vt cōfiteatur nō suspecto confessori.

¶ Sed nūquid archiepūs debet scire q̇s est cōfessor epi. Et dicēduꝫ est: ꝙ ipe potest cōpellere epm vt ꝯfiteať ꝯfessori nō suspecto: si suspectū habeat cōfessorē: q: ab ipo archiepō de aīa epi ratio exigeť.de officio ordina.c. pastoralis.ₓ.c.irrefragabili.nec illud prohibet p̄dicta decretalis ne pro dilatione quia ibi intendit occurrere periculis animarum.

Quīta q̄o. Attēde an archiepūs dbeat stare vna hora i peccato.

¶ Quinto fuit quesitum cui debet cōfiteri archiepūs: ₓ quidā dicunt: ꝙ debet cōfiteri patriarche suo si ipsum habet ₓ propinquus sit: aloquin debet cōfiteri pape si ipm in promptu habeat: q: nō debet stare in peccato vna hora diei.vt in.c.ille rex de penitē.di.iij. Sed qnādo papa remotus est: si crimen notoriū est patriarche cōfiteri debet ₓ ab illo castigari: ₓ idē si occultum sit ₓ enorme confitendum est pape etiam quando inferior nō posset dispensare.vt.xxj.di.c.inferior. Item si pertinet imediate ad papaꝫ debet pape confiteri intra italiā. Si vero vltra italiam ₓ est notorium peccatuꝫ vel enorme pape similiter cōfitendum est.ix.q.ij.c.si autem.tamē in vtroqꝫ casu si infirmus est potest cuilibet cōfiteri.xxvj.q.vj.c.si presbyter.ₓ c.sequēti.ₓ.c.qui credunt. Circa hoc tamē dicas vt dictum fuit supra in.§. cui patriarcha.in ver.breuiter dicas ꝙ epi ₓ scd̄m Hosti.

Sexta q̄o. Attende ꝙ quolibꝫ anno fieri debet cōciliuꝫ puīnciale.

¶ Sexto fuit q̄situꝫ cui cōfiteri debet epūs: et dicunt quidā ꝙ si est exemptus idē dicēduꝫ est qd̄ archiepō est dictum supra: alioq̄n debet cōfiteri archiepō saltē semel in anno.s.qn̄ venit ad cōsiliuꝫ puinciale: qd̄ quolibet anno fieri debet.xviij.di.c.quoniā quidē.de accusa.c.sicut olim.

Attēd: peccata epōrū q: quadra-

¶ Et vt epi sciant a quibus abstinere debent: et de quibus eos oporteat cōfiteri ₓ in q̇bus excedūt. est dicendū ꝙ primo peccāt et excedūt si sciēter celebrāt vel ordines faciūt vel subditos iudicāt: dū sciūt se esse in mortali pcto.vt.de cohabita.cleri.et mulie.c.si.et de.tēpo.ordi.c.quesitum.

Secūdo peccāt ⁊ excedūt si cōferūt bñficia ꝑsonis nō idoneis ad talia bñficia obtinēda vt in.c.vt nr̄m. Ut ecclesiastica bñficia.⁊.c. Graue de preben.
Tertio peccāt ⁊ excedūt si indoctū ⁊ nō idoneū sciēter ordināt: vel illum qui vnū pedem tenet in mundanis ⁊ alium in ecclesiasticis contra legem diuinam.xlix.di.c.si.
Quarto peccant ⁊ excedunt si rogant pro indignis scienter.
Quinto peccant ⁊ excedūt quia trahunt monachos ⁊ alios religiosos de monasterio ⁊ sine causa ⁊ contra voluntatem abbatis.xviij.q.scd̄a.ꝙ sit et.cap.Luminoso.
Sexto peccant ⁊ excedunt quia cōferunt ordines loco remuneratiōis cū nō habeāt aliud qd̄ cōferant cū tamē collatio ordinis debeat esse discreta ⁊ discreti iudicij: qꝛ rarū est omne qd̄ magnū est.lix.di.c.si officia.
Septimo peccāt ⁊ excedūt qꝛ ipsi indiscrete ex laicis promouētur.lix.di.c. Ordinatos.vel qꝛ principiū electionis sue fuit aliter viciosum vnde nō potest bono exitu peragi cū malo initio fuit inchoata eius electio.lxj.dist.c. Miramur.⁊.c.in sacerdotibus.⁊.c.miserum.
Octauo peccāt qꝛ promouēt clericos sine titulo qui postea mēdicare cogūtur.lxx.di.c.Neminē.⁊.c.sanctoꝝ.⁊ de preben.c.ep̄s.
Nono peccāt qꝛ indistincte sine litteris proprij prelati ordinant clericos alienos.vt.lxxj.di.c.Illud.⁊.c.si quis in quo casu ordinatus ⁊ ordinās deponi debēt.j.q.ij.quoniā diuersorū.⁊.c.placuit.
X.peccant quia negligunt proprios clericos ydoneos et relinquunt eos quasi oues errantes.lxxj.di.ep̄s.
Xj.peccāt qꝛ ꝓmouēt aliquos inuitos nulla causa hoc exigente nisi causa odij.vt.lxxiiij.di.c.ep̄s.⁊.c.gesta ⁊.c.honoratus.
Xij.peccāt quia nō seruāt tempora in ordinibus celebrandis.
Xiij.peccāt qꝛ nō seruant in tristicia.lxxvij.di.per totū.lviij.di.per totum.
Xiiij.peccāt qꝛ sustinent clericos in delicto suo nec corrigūt obtentu obsequij sibi ꝑstiti vel carnalis fauoris vel pecunie corruptionis.lxxxvij.di.c.si quis ep̄us.⁊.c.error.⁊.c.cōsentire.⁊ officio.ordi.c.irrefragabili.
Xv.peccāt q̄a obmittūt punire delicta vt populis placeāt ꝙ plebi sibi cōmissa perniciosuꝫ est ⁊ qꝛ magis vtūtur cōsilijs laicoꝝ ꝙ clericorū.lxxxiiij dist.peruenit.⁊.c.Nunciatum.
Xvj.peccāt qꝛ nihil volūt pauperib' errogare: vnde inuacuū nomē ep̄i portant.lxxxvj.di.c.fratrem nostrum.⁊.c.non satis.
Xvij.peccāt qꝛ negligēter defendūt viduas ⁊ orphanos ⁊ pauperes ⁊ alias ꝑsonas miserabiles ad defensionē eorū spectātes.lxxxvij.di.per totuꝫ.
Xviij.peccāt quia nimiā curā habent de rebus tēporalibus cum tamē scriptum sit ꝙ ep̄i nullā rei familiaris curā ad se reuocēt.sed lectioni ⁊ oratio ni ⁊ verbo predicationis tātumodo vacēt.lxxxviij.di.perlatū est.⁊ duobus capitulis sequētibus.⁊.c.te quidem.xj.q.j.
Xix.peccant; quia vni persone plura beneficia conferunt.contra aposto-

ginta et septē pcā̃ sūt in qb' ep̄i peccāt ⁊ excedunt.

lum τ gregorium.lxxxix.di.c.singula.

Xx.peccāt qꝛ nolūt habere yconomos sub quoꝝ testimonio res eccl'e gu
bernent cōtra iura.lxxxix.di.c.volum⁹.τ.c.qꝛ in q̇busdā τ.ix.q.iij.c.cū si-
m⁹ τ si habēt yconomos nolūt hr̄e nisi laicos.ꝯtra Gre.lxxxix.di.decēter.

Xxj.peccāt qꝛ appropriāt sibi oīa bona eccl'iastica:nā sol⁹ ipe icūbit bonis
sol⁹ ipe vēdicat sibi vniuersa:sol⁹ occidit vniuersos.vt.xciij.di.diaconi.

Xxij.peccāt qꝛ cōtemnūt presbyteros τ vbi ipi sunt nō permittūt eos offi-
ciū facere vel predicare:cū tamē ipi debēt cū presbyteris ecclesiam dei rege
re in cōmuni:vt.xcv.di.cap.olim.

Xxiij peccant:quia ordinant per pecuniam τ tales incurrunt lepram.j.q.j
cum ordinaretur,τ.c.cito turpem.

Xxiiij:peccant qꝛ multis aliis modis cōmittunt symoniam.

Xxv.peccāt qꝛ vtunt̄ cōsilio clericorū extraneoꝝ:τ suos qui melius scirent
cōsulere cōtemnūt.de his q̄ fiūt a prela.c.nouit.

Xxvj.peccāt qꝛ laici sciūt eorū cōsciētiaꝫ τ presbyteri ignorāt nec habēt se-
cum ydoneos cubicularios.ij.q.vij.c.cū pastoris.

Xxvij.peccāt qꝛ licet diu in clericatu fuerūt sunt tn̄ ydiote τ ꝑmittunt se in
ep̄os ꝓmoueri.xxiij.di.qꝛ ep̄i.ideo talib⁹ dicit dn̄s.Sciētiaꝫ repulisti a te
τ ego repellā te.j.q.vij.cōueniētibus.τ.j.q.j.vilissimus.

Xxviij.peccāt qꝛ postq̄ promoti sunt negligūt addiscere vel doceri;ctra
Grego.qui dicit.Stult⁹ est q̇ in eo se maiorē estimat vt bona q̄ videt addi
scere cōtemnat.xxij.di.de cōstātinopolitane,τ.xxiij.q.iij.si habes.

Xxix.peccāt qꝛ nolunt vel nesciunt canonib⁹ obedire q̄re debēt ab admini
stratiōe vsqꝫ ad cōgruā satisfactionē remoueri.x.di.sancta romana eccle-
sia.τ.xix.di.si romanorū.nam qui nescit obedire canonibus nō est dignus
altaribus ministrare.xxv.q.j.hec consona.

Xxx.peccāt qꝛ sunt nimis creduli in preiudiciū alioꝝ τ anteqū eis cōstet de
crimie suas sentētias fulmināt cōtra Gre.dicētez.Si q̇d de quocūqꝫ cleri-
co ad aures tuas ꝑuenerit nō facile credas.vt in.c.si q̇d vero.lxxxvj.di.

Xxxj.peccant qꝛ nolunt in eccl'ia columnas erigere quos nouerint melio-
res sed quos ipsi magis diligūt vel quoꝝ sunt obsequiis deliniti.viij.q.
j.Moyses.nam multi edificāt parietes τ ecclesie columnas subtrahunt.
xij.q.ij.c.gloria episcopi.

Xxxij.peccāt qꝛ paulatim ius parrochiale clericis subtrahendo sibi appro
priāt itaqꝫ canones offendunt.x.q.iij.quia cognouim⁹.

Xxxiij.peccāt qꝛ indiscrete nitunt̄ vlcisci sibi illatas iniurias ꝑsonales.j.q.
vij.c.si quis oēm traditionē.xlvj.d.sedicionarios.Et ideo indiscrete iniu-
riāt τ excōmunicāt.xxiij.q.iiij.inter q̄relas.Et ipi volūt esse auctores τ iu
dices:nā ep̄us auctor vł reus nō debet esse iudex.xj.q.j.si clericus.

Xxxiiij.peccant quia pro minimis culpis paratos corrigi excomunicant:
xj.q.iij.episcopi.τ.c.nemo.

Xxxv.peccāt qꝛ expellunt illos q̇ predecessoribus suis fideliter seruierūt:τ

quod deteriꝰ est remuneratiōe seruiciꝫ quā a p̄decessoꝛibꝰ receperāt spoliāt cō tra canones.xj.q.ij.c.hec huiꝰ placiti.ꝛ.xvj.q.vj.c.illud.

xxxvj.peccant quia aduocatis vel seruētibꝰ nolunt reddere qđ promiserunt nec volunt ipsos remunerare contra iura.xij.quest.ij.c.quicunqꝫ suffragio.ꝛ.c.ecclesiasticis.

xxxvij.peccant quia volunt quod eis credatur in preiudicium alioꝝ.contra iura.vj.q.ij.ep̄s.ꝛ.c.si tātum.ꝛ.c.placuit.

xxxviij.peccant quia volunt soli clericos deponere.de re. iudi.c.nō potest et.xv.questi.vij.c.Felix.

xxxix.peccant quia impugnant exemptos iniuste nec seruāt illorum priuilegia.xvj.q.j.frater noster.

xl.peccāt q2 ligāt ꝛabsoluūt sine cognitione et ideo diuersas penas pati debēt.vt.xxiij.q.iiij.c.de illicita.de sententia.exco.c.sacro.

xlj.peccāt quia in conuiuijs nō faciūt legi sacras lectiōes.xliiij.di. pro reuerentia:nam dum corpus diuersis ferculis reficiatur lingua in detractionibus relaxatur.xliiij.di.c.conuiuia.

xlij. peccant quia in ecclesia vel dum in publico prodeunt indumentis lineis vtuntur ꝛ pallia habent diffibulata contra cōcilium generale.de vita et honestate clericorum.c.clerici.

xliij . peccāt quia magis curāt de conuiuijs quod de diuinis officijs et inde procedit peccatum luxurie ꝛ inde multa alia mala prouenium. xliiij.di.§. j.ꝛ.c.sequenti et per totum.

xliiij.peccant quia cartas ꝛ instrumēta ecclesie nō custodiunt immo res ecclesie dilapidant male administrando contra canones.xvj.q.j. in canonibus.xxviij.di.de siracusane.

xlv.peccant quia res alienas vsurpant.xvj.q.j.placuit.ꝛ ip̄as reddere nolunt a p̄decessoꝛibꝰ occupatas cū tn̄ nihil intersit quo ad periculuꝫ anime iniuste detinere vel inuadere alienū.de restitu.spoli.sepe cōtingit.

xlvj. peccant quia non cognoscunt seipsos: cuius vite vel cuius generis sint sed in cathedris suis gloriantes presbyteros et clericos fratres suos despiciunt ꝛ contemnunt.

xlvij.peccant quia faciunt indiscretas ꝛ superfluas remissiones.

Sunt etiā multa alia in q̄bus ep̄i excedūt.vt habetur per Hosti. in sūma in diuersis titulis ꝛ specialiter de excessibus plato.§.q̄liter excedāt.

¶ Septimo fuit quesitū cui debet cōfiteri abbas ꝛ dicūt quidā distinguendum esse:vt si exemptus sit ꝛ remotus potest cōfiteri cui vult de occultis: sed si est propinquus soli pape vel eius penitētiario: ꝛ hoc quando nō habet sup se aliū maioꝛē. Nā si haberet p̄rem abbatē siue excep̄ꝰ esset siue nō ei cōfiteri debet.argu.de cōsuetu.cū dilectꝰ.ꝛ de ver.sig.c.abbate. Et breuiter idē dicūt de abbate exēpto:qđ dictū est de p̄triarcho nō exēpto.vt dictuꝫ est de archiepiscopo habēte p̄riarchā vel p̄rimatem. Sed si nō habet aliū abbatē super se nec est exemptus: p̄prio ep̄o debet cōfiteri q2 ille est iudex Septi.q.

suus.lxj.di.c.obitū.xij.di.c.fi.nisi forte ꝭm regulā per sedē aplicā approbatam possit sibi eligere cōfessorē.aliter aūt hoc facere nō posset sine licencia superioris.vt in.c.Ois vtriusqꝫ sexus.de peni.ꝛ remissi.

Attēde peccata abbatum q̄ sunt xviij.

¶De pctis aūt q̄ pro magna parte comitūtur per abbates breuiter dicēdum est. ꝙ in primis peccāt qꝛ hac specie ꝛ intentione specialiter ducti habitū reglarē assumūt vt abbates fiāt cōtra canones. xvj.q.vij.ꝑ laicos. et de electi.c.officij.in quo multi religiosi delinquūt pauptatē ꝛ laborē ꝛ esurient fugiētes vt diuites fiāt: ꝛ quiete ꝛ splēdide reficiātur; ꝛ de talibꝰ dicit Grego.ꝙ nō intēdūt sctm fugere sed mutare.liij.di.c.viij.

Scdo quia quādoqꝫ abbatiā emūt;et tales nisi renūcient saluari nō possunt.vt in.c.si quis nec.j.q.j.

Tertio qꝛ nullū recipiūt nisi intuitu pecunie vel alteriꝰ cōmodi tēporalis tacite vel expresse sup quo obtentu cōsuetudinis se satagūt excusare cōtra iura.de simonia.c.veniens.qui si accusentur deponēdi sunt.de simonia.c.dilectus filius.ꝛ.c.licet heli.ꝛ.c.per tuas.vel ad arbitrium iudicis puniuntur.de accusa.inquisitionis.

Quarto qꝛ ecclias in quibꝰ habent ius patronatꝰ sibi omnino appropiāt nec ponūt ibi vicarios perpetuos; ꝛ positos ita grauāt ꝙ nō possunt hospitalitatē tenere:nec epo in epalibꝰ respōdere.de prebēdis.c.de monachis ꝛ.c.auaricie.ꝛ de supplē.negli.prela.c.ij.q̄ oia sunt ab epis quibꝰ sub sunt nulla obstāte cōsuetudine corrigēda.de prebēdis.c.extirpande.

Quinto;qꝛ ad ecclias ad ipos pertinētes neminē sine pecunia presentāt ꝛ vt victū suū vtrūqꝫ palliēt plerūqꝫ ecclia vacāte mutuū recipiūt vsqꝫ ad aliquā certā sūmaꝫ pecunie ꝛ demū ipaꝫ sic obligatā cōferūt dicētes ꝙ q̄libet res trāsit cū onere suo.de pigno.c.ex litteris.ꝛ de decimis.c.pastoralis.sed ipos seducūt cū epis hoc nō liceat.sed ecclia vacāte fructos futuro successori sunt fideliter reseruādi: vel in vtilitates ecclie cōuertēdi.de officio.ordi.c.cū vos.ꝛ qui aliquid subtrahit inde etiā si episcopus sit tāqꝫ furti ꝛ latrocinij reus honore suo priuari debet.x.q.ij. c.finali.Tales enīꝫ exactiones sunt penitꝰ ꝓhibite. Et si q̄s eas receperit tenetˀ in duplū restituere ipas in vtilitatē ecclie cōuertēdas.de simo.c.Audiuimus.

Sexto qꝛ dāt possessiōes aliq̄s vel domū cōducūt alijs tali pacto ꝙ decimas illarū possessionū eis soluāt.vel apud eos sepulturas eligāt; q̄ pacta in preiudiciū ecclie parrochialis nō sunt seruāda, de pactis,c. pleriqꝫ etiā si iuramētū interueniat.c.j.de sepultu.libro sexto.

Septimo;qꝛ negligūt punire monachos fugitiuos.xiij.q.ij.abbates.et eos reuocare inquirere ꝛ recipere salua ordinis disciplina.de regula.c.fi.

Octauo;quia recipiunt monachos sine litteris cōmendaticijs.xviij.q.ij.c.abbates.in fine.ꝛ.c.quam sit.

Nono qꝛ indiscrete monachos suos ejciūt.dꝛ rescrip.c.cū.dilecta in quo mortis eorū rei sunt.argu.xvj.q.j.c.Placuit.

Decimo;qꝛ monachus sine causa litteras dimissorias cōcedunt ꝛ credunt

monachos per tales litteras ab obediētia soluere: qḋ verū nō est quousq̃ ab illo sint recepti. lxxiij. di. c. illud quoq̃. ⁊. vij. q. j. c. nō oportet. c. peruenit et. xxj. q. ij. ca. j. ⁊. ij. vbi dicit leo ꝙ nō debēt dari tales littere dimissorie nisi constet vbi sit receptus monachus: ne ouis errans et perdita inueniatur sine pastore. lxxij. di. cap̄. episcopus:

Undecimo: quia reuertentes vel alios fratres delinquentes sicut latrones cum aliter corrigi possint ponunt in vinculis. lxxiiij. di. c. quorundã: et per laicum faciunt capi vel verberari cum hoc per monachos vel per clericum fieri posset in quo casu excōmunicationis vinculum non euadunt de senten. excōmuni. c. vniuersitatis.

Duodecimo: q̄ꝛ si aliqui ex causa appellãt appellatiōi facte nō deferūt: sed appellãtes capiūt ⁊ verberãt vel excōicãt. de accu. c. sicut olim. ⁊ tales ad sedem apl̄icam sunt mittēdi. de app. c. de priore.

Tertiodecimo: quia quosdam monachos carnali amore exaltant: alios ex odio vel inuidia vel quia bene viuunt: ⁊ bene administrant: et bene faciunt opprimunt. xv. quest. vij. c. j.

Quartodecimo: q̄ꝛ sub specie pietatꝭ impietatē palliãtes occasiōe hospitalitatis mãducãt carnes extra refectoriū illos quos familiares habēt splēdide secū reficiētes. alios qui pōdus portãt diei ⁊ estus esuriētes dimitūt: cū tamē sine acceptiōe ꝑsonarū: nūc hi nūc illi essent ẜm regulã euocãdi. de statu. monacho. c. monasteriū. §. in refectorio.

Quintodecimo: q̄ꝛ de infirmis ⁊ debilibus vel medicina aliqua indigētibus nō curant quibus tamē in infirmatorio vel refectorio ad sustentationem nature debilis esset copetens sustētatio adhibēda in predicto. c. cū ad monasteriū. §. porro debiles. de statu monacho.

Decimosexto: quia permittūt aliquos monachos habere pecuniam contra auctoritates sanctorum patrum. de statu. monacho. c. monachi ⁊ predicto cap̄. cum ad monasterium

Decimo septimo q̄ꝛ ecclesias decimas ⁊ alia spiritualia respiciūt de manu laici ⁊ curã animarum cōmittunt monachis sine licētia epi: ⁊ sacerdotes habētes curam instituunt ⁊ destituunt per se pro libito voluntatis ⁊ aliis modis vsurpant iura episcopalia contra iura. xvj. q. j. peruenit. de priuilegiis. cum et plantare.

Decimo octauo q̄ꝛ monachis parcūt ꝓpter potētiã parētuꝫ cū tñ ex quo incorrigibiles sunt essent eiiciēdi de monasterio ne interficerent oues sanas. de statu monacho. c. ea. q̄. §. j. xlv. di. c. sed illud ⁊ in arctioribus monasteriis essent detrudēdi: ⁊ si resisterēt vsq̃ ad obediētiã essent excōmunicationis vinculo innodãdi. de regula. c. fi. §. fi.

¶ Octauo fuit quesitū cui debēt cōfiteri monachi: ⁊ dicēduꝫ est ꝙ debēt cōfiteri abbati qui ipsos monachos nō solū extrinsecꝰ sed etiã intrinsecus cognoscere debet. de tēpo. ordinando. c. ad aures: ⁊ quoniã suꝑ capita sua loco dei posuerunt. Ita nec velle nec nolle habeãt. xij. q. j. c. nō dicatis. et Octaua. q.

abbate presente vel etiaz absente de licentia eius vel de consuetudine vel scdm statuta regule priori confiteri debent. de statu monachorū.c.cuz ad monasteriū.§.prior. Et licet sint plurima vicia monachorū hec tamē sunt detestabilia ꝛ penitus condemnāda.

Primo caueāt ne cōtra abbatē ↄspirēt aliquādo: nō solū ad depositionez abbatis: sed ad mortē corporis sicut illi q̄ in mortē btī Bn̄dicti cōspirauerūt. xvij. q.j.§.quādo vero.ꝛ.xvij.q.ij.§.ecce ꝛ tales sunt infames: ꝛ ad testimoniū nō admittunt.xj.q.j.cōspiratio nū.ꝛ.c.cōmurmurationū.ꝛ de simo. c. per tuas.ꝛ.c.licet heli.ꝛ de sentē.ꝛ reiudi.c.cū.j.ꝛ.a.

Scdo q: incautam familiaritatē habent cū mulieribus quas sibi cōmatres faciunt contra iura.xviij.q.ij.c.perniciosam.

Tertio q: incautā cū monialib' ↄuersationē habēt cōtra iura.xviij.quest. ij.c.monasteria.ꝛ.c.diffinivim' vbi dicit q̄ nō licet monacho cōuersari cū monacha nec secū in monasterio manere: nec loqui etiā cū cōsanguinea: nisi per verba cōpendiosa: ita q̄ citoab ea recedat: ꝛ sub testimonio abbatisse. Et idē iuris est de abbate: q: nec cleric' debet ipsarū monasteria frequētare. de vita ꝛ honestate clericoꝝ.c.monasteria.

Quarto q: vagant extra monasteria sine licentia abbatis sui. xvj.q.j.c.legi epistolam. de officio ordi.c.quanto.

Quinto q: volūt esse ociosi cū tū arma hostis antiqui sint ociositas ꝛ voluptas ad miseras animas captiuādas de renūcia.nisi cū pridē.§.verū.

Sexto quia volunt comedere carnes etiam si nulla necessitas vigeat q̄ non licet de consecra.di.v. carnem. de statu monachorum.cum admonasterium.§.in refectorio.

Septimo q: gliant de nobilitate sua ꝛ potētia amicoꝝ ꝓpter q̄ volūt regi ad libitum ꝛ volunt alijs dominari qd̄ prohibet concilium generale. de statu.mona.ea.que.§.j.ꝛ gloriā mundanā ꝛ conuiuia cōmunia appetunt ꝛ sequunt contra ethimologiā nominis sui fm̄ quā monachus solus ꝛ tristis sedere debet: nec de mundo disputare quia mortuus est mundo. xvj. q.j.placuit.ꝛ.c.monachus.

Octauo q: volūt habere cellulas ab alijs separatas nec volūt abstinētiaz cōmunē facere.xx.q.iiij.c.monachi.ꝛ.c.sequēti.

Nono: q: propriū habēt cōtra iura.de statu.monach.cū ad monasterium.

Decimo q: sibi adinuicē inuident: ꝛ sic sunt spūales homicide detrahēdo sibi adinuicē.vj.q.j.deteriores.ꝛ de peni.di.j.homicidioꝝ.

Undecimo: q: aduocati sunt in palatijs clericoꝝ ꝛ laicorum contra iura de postulando.c.ex parte.

Duodecimo: q: physicā ꝛ ius ciuile audiūt: vnde ipso iure excōmunicati sunt ꝛ in multis alijs delinquūt vt patet inhis q̄ notātur per hostiē.in sūma. ne clerici vel monachi.§.penultimo ꝛ vltimo.

Nona q̄o. ¶ Nono fuit quesitū cui debet cōfiteri decan'. ꝛ dicēduz est q̄ episcopo suo confiteri debet cui subest: vel de licentia ipsius alij. c. omnis vtriusq̄

fecus. de penitē. ꝛ remissio. ꝛ decani cōfiteri debent de multis.
Primo: qꝛ suis ep̄is graues ꝛ superbi existūt. de appella. c. dilecti.
